


13
HW RGXK G


SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).
28 March, 1885



ANTIQUA SUMMARIA

CODICIS THEODOSIANI

EX CODICE VATICANO
NUNC PRIMUM EDITA.

PRAEMISSA EST CODICIS ET SUMMARIORUM DESCRIPTIO

QUA

AD AUDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS IURIS EXTRAORDINARIAE

AUSPICANDAE CAUSSA

DIE XVIII. M. NOVEMBR. A. MDCCCXXXIV.

H. IX. IN AUDITORIO IURIDICO HABENDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

GUSTAVUS HAENEL,
IURIS UTRIUSQUE DOCTOR.

ACCEDIT SCRIPTURAE SPECIMEN.

LIPSIAE
1834.

ANTIQUA SUMMARIA
CODICIS THEODOSIANI

EX CODICE VATICANO
NUNC PRIMUM EDITA.

PRAEMISSA EST CODICIS ET SUMMARIORUM DESCRIPTIO

QUA

AD AUDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS IURIS EXTRAORDINARIAE

AUSPICANDAE CAUSSA

DIE XVIII. M. NOVEMBR. A. MDCCCXXXIV.

H. IX. IN AUDITORIO IURIDICO HABENDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

GUSTAVUS HAENEL,
IURIS UTRIUSQUE DOCTOR.

ACCEDIT SCRIPTURAE SPECIMEN.

LIPSIAE
1834.

ANTIQUA SUMMARIA

CODICIS THEODOSIANI

EX CODICE VATICANO

NUNC PRIMUM EDITA.

PRAEMISSA EST CODICIS ET SUMMARIORUM DESCRIPTIO

QUA

AD AUDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS IURIS EXTRAORDINARIAE

AUSPICANDAE CAUSSA

DIE XVIII. M. NOVEMBR. A. MDCCCXXXIV.

H. IX. IN AUDITORIO IURIDICO HABENDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

GUSTAVUS HAENEL,
IURIS UTRIUSQUE DOCTOR.

ACCEDIT SCRIPTURAE SPECIMEN.

LIPSIAE
1834.

ANTIQUA SUMMARIA

CODICIS THEODOSIANI

EX CODICE VATICANO
NUNC PRIMUM EDITA.

PRAEMISSA EST CODICIS ET SUMMARIORUM DESCRIPTIO

QUA

AD AUDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS IURIS EXTRAORDINARIAE

AUSPICANDAE CAUSSA

DIE XVIII. M. NOVEMBR. A. MDCCCXXXIV.

H. IX. IN AUDITORIO IURIDICO HABENDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

GUSTAVUS HAENEL,
IURIS UTRIUSQUE DOCTOR.

ACCEDIT SCRIPTURAE SPECIMEN.

LIPSIAE
1834.

Theodosius II., Byzantine emp., 414

ANTIQUA SUMMARIA

CODICIS THEODOSIANI

EX CODICE VATICANO NUNC PRIMUM EDITA.

PRAEMISSA EST CODICIS ET SUMMARIORUM DESCRIPTIO

QUA

AD AUDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS IURIS EXTRAORDINARIAE

AUSPICANDAE CAUSSA

DIE XVIIII. M. NOVEMBR. A. MDCCCXXXIV.

H. IX. IN AUDITORIO IURIDICO HABENDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

GUSTAVUS HAENEL,
IURIS UTRIUSQUE DOCTOR.

ACCEDIT SCRIPTURAE SPECIMEN.

LIPSIAE
1834.

Inter libros manu scriptos, quos plurimos atque pretiosissimos bibliotheca Vaticana possidet, fontes iuris indagantibus is maxime memorabilis est, quem Niebuhrius inter libros Reginae Sueciae anno 1817. invenit numero 886. distinctum, et in epistola ad Car. de Savigny, inserta ephemeridibus literariis, quae Zeitschrift für die geschichtliche Rechtswissenschaft inscribuntur, Tom. III. p. 409 — 412. descripsit. Etenim quum propter literarum formam, quae pervetustum eum esse evincit, tum propterea insignis est, quod solus octo posteriores Theodosiani Codicis libros integros praebet cum summariis nondum editis, ab antiqua manu ad singulas constitutiones adscriptis [1]) Quum igitur libros Iuris Anteiustinianei studiose investigarem, nihil mihi Romam venienti longius erat, quam ut codicem illum non solum inspicerem, verum etiam cum editis libris conferrem. Sed diu Angelus Maius, bibliothecae Vaticanae illo tempore primus custos, variis artibus spem meam frustratus est, usque dum Niebuhrius, quem precibus adieram, literis me commendaret eum-

---

1) De hoc codice cons. *Io. Tilius* in praef. ad Io. Bertrandum editioni octo posteriorum Codicis Theodosiani librorum praemissa (Paris. 1550. 8.): „*Caeterum superioribus his diebus in manus meas inciderunt posteriores integri libri magni illius Codicis Theodosii Imperatoris* — *cuius* (codicis) *senio iam multis in locis erat species deformata et pene deleta. Literis autem grandioribus liber erat descriptus*“ — idemque in praefatione ad Lectorem totius Codicis editioni praemissa: „*Posteriores octo libros Theodosii Augusti Constitutionum, qui soli in manus nostras pervenerunt.*“ — *Montfaucon*, Bibl. Biblioth. T. I. p. 38. Col. [b]. N. 1166. (Bibl. Reg. Suec.): *Vetustissimus codex Theodosianus incipit a libro* 9°. — *Niebuhr*, Notizen über Handschriften in der Vaticana. An Savigny. Erster Brief. Rom, den 5. März 1817. (Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft T. III p. 409 — 412). — Göttinger Gel. Anz. 1819, p. 202. — M. Tullii Ciceronis Orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta etc. ex membranis bibliothecae Vaticanae edita a *B. G. Niebuhrio.* Romae 1820. 8. p. 14. — Iuris Civilis Anteiustinianei Reliquiae Ineditae etc. curante *Angelo Maio.* Romae 1823. 8. p. XXI. — *v. Schroeter*, Uebersicht der seit 1813 neuentdeckten Stücke der griechischen und römischen Literatur (Hermes XXV. T. II. Heft p. 336 sq.) — *Chr. Gottl. Haubold*, opuscula acadd. Lips. 1828. 8. T. II. p. LXXXVIII. not. *. — *Hugo*, Lehrbuch der Geschichte des römischen Rechts seit Justinian. Berlin 1830. 8. p. 323, not. 1.

que moneret, ut omni invidia ex animo depulsa thesaurum mecum communicaret: quae literae hanc vim habuerunt, ut tandem Maius codicem illum utendum mihi traderet.

Multa ex eo quae ad criticam Theodosiani Codicis tractationem conferant, a me congesta esse, omnes facile sibi persuadebunt, qui meminerint, neminem fere post Tilium eo usum esse: quo etiam hoc accedit, quod accuratius, quam a Niebuhrio fieri poterat, totius codicis rationem atque indolem exploravi et summaria in schedas meas transscripsi.

Haec ut in lucem proferrem quum saepius amici, ad quos de rebus a me collectis scripseram, hortarentur, tamen voluntati eorum nondum obsecutus sum, propterea quod ea omnia editioni Codicis Theodosiani, quam paro, inferre constitueram. Postquam vero ad ipsum negotium accessi, propter editionis rationem vidi quum alia complura, tum etiam summaria illa omittenda esse, quae edita putavi rerum antiquarum amantibus non iniucunda fore. Itaque mutato consilio mihi visum est de codice illo Vaticano separatim scribere et quum nunc ipsum academici libelli occasionem nactus sim, non differam diutius et primum codicis ipsius accuratam descriptionem dabo, deinde de summariis, quae exhibet, disseram, denique summaria ipsa proponam.

Ad codicem igitur ipsum quod attinet, habet ille tegumentum scorteum multo undique auro et fibulis inauratis ornatum. In tergo praeter verba: *Codex Theod.* | No. 886. | trium virorum insignia impressa sunt, quorum primum in superiore parte tergi positum Alexandri VIII. Pont. Max. est, alterum infra verba illa tergo aptatum gentis Ottobonianae esse videtur, tertium vero in ima parte conspicuum cardinalis cuiusdam est. Haec quoque auro expressa sunt. In primo codicis folio recentior manus post verba: ***De Accusationibus et Inscribtionibus*** adnotavit: ***Codicis | Theodosiani | Liber Nonus | Tit. I.*** | ; Alexandri vero Petavii codicem olim fuisse, cognoscitur ex iis verbis, quae ipse in ima eiusdem folii margine adscripsit: ***Alexander Pauli filius Petavius | Senator Parisiensis*** | 1647.

Forma libri maior est, quam vulgo quartam nuncupamus. Antiquae quibus constat membranae, quarum prioribus glutinator folia chartacea interiecit, a primo ad vicesimum usque folium corrugatae, omnes tactu laeves et molles sunt et nonnunquam tam tenues, ut scriptura in aversa membranarum pagina appareat; qua re librarius in ea scribere non potuit[2]). Nonnullae situ et mucore corruptae sunt, aliarum margini nescio quis flavum quendam et glutinosum liquorem illevit, fortasse Maius,

2) Velut fol. 122 b.

quum praecipue eae partes, ex quibus summaria edidit, tam foede tractatae sint. Quod autem Niebuhrius dicit, codicem 448 foliis constare, in errorem ductus numeris, qui singulis foliis nostra demum aetate adscripti sunt, non ex omni parte verum est, quum is, qui numeros scripsit, inter 115. et 116. unum folium numerare neglexerit, quo addito 449 folia efficiuntur. Membranae in 58 quaterniones et unum dimidium compositae sunt, quorum seriem in ima parte ultimae paginae uniuscuiusque quaternionis numerus antiquis literis graecis expressus indicat[3]). Primus quaternio periit, in quo Niebuhrius titulum codicis scriptum fuisse existimat, ego vero praeter titulum rubricarum indicem exstitisse puto. Neque servatus est ultimi quaternionis numerus.

Complectitur hic codex posteriores Codicis Theodosiani libros a IX. usque ad verba: *probabuntur fisco* c. 12, §. 2. de Paganis (XVI, 10), quae verba ostendunt, Niebuhrii opinionem falsam esse existimantis, postrema codicis folia eo tempore, quod inter Tilii et Al. Petavii aetatem intercessit, a fure quodam ablata esse, quum Tiliana editio ex hoc codice instituta in iisdem verbis desinat et qui in editione illa tituli sequuntur, ex Alarici breviario ab editore additi sint. Incipit liber XI. a

3) Fol. 8ᵇ *Β*, fol. 16ᵇ *Γ*, fol. 24ᵇ *Δ*, fol. 32ᵇ Є, fol. 40 Ϛ, fol. 46ᵇ *Z*, (desunt duo folia, sed integro textu), fol. 54ᵇ *H*, fol. 60ᵇ Θ (desunt duo folia, sed integro textu), fol. 68ᵇ *I*, fol. 76ᵇ *IA*, fol. 83ᵇ *IB* (abscissum est unum folium post fol. 77ᵇ, in quo desinit Liber IX. Sed nihil deesse demonstrant vv. in extremo fol. 77ᵇ: „*Theodosiani Lib. IX. Expl.*“, post quae vv. fol. 78ᵃ incipit in vv. *Inc. Lib. Felic.*) fol. 91 *IΓ*, fol. 99ᵇ *IΔ*, fol. 107ᵇ *IЄ*, fol. 115ᵇ *IϚ*, fol. 122ᵇ *IZ* (primum h. quatern. folium non est numeratum, ultima pagina litteris vacua est, Libro X. in antecedente pagina desinente), fol. 130ᵇ *IH*, fol. 138ᵇ *IΘ*, fol. 146ᵇ *K*, fol. 154ᵇ *KA*, fol. 162ᵇ *KB*, fol. 170 *KΓ*, fol. 178ᵇ *KΔ*, fol. 186ᵇ *KЄ*, fol. 194ᵇ *KϚ*, fol. 202ᵇ *KZ*, fol. 210ᵇ *KH*, fol. 218ᵇ *KΘ*, fol. 226ᵇ *Λ*, fol. 234ᵇ *ΛA*, fol. 242ᵇ *ΛB*, fol. 250 *ΛΓ*, fol. 258ᵇ *ΛΔ*, fol. 266ᵇ *ΛЄ*, fol. 274ᵇ *ΛϚ*, fol. 282ᵇ *ΛZ*, fol. 290ᵇ *ΛH* fol. 302ᵇ *M* (exciderunt, sed integro textu, quattuor folia cum numero *ΛΘ*), fol. 310ᵇ *MA*, fol. 318ᵇ *MB*, fol. 326ᵇ *MΓ*, fol. 334ᵇ *MΔ*, fol. 342ᵇ *MЄ*, fol. 350ᵇ *MϚ*, fol. 358ᵇ *MZ*, fol. 366ᵇ *MH*, fol. 374ᵇ *MΘ*, fol. 382ᵇ *N*, fol. 390ᵇ *NA*, fol. 398ᵇ *NB*, fol. 406ᵇ *NΓ*, fol. 414ᵇ *NΔ*, fol. 420ᵇ *NЄ* (desunt duo folia, sed integro textu), fol. 428ᵇ *NϚ*, fol. 434ᵇ *NZ*, fol. 440ᵇ *NΘ*. Desunt ergo duodecim folia, id est duo quaternionis *NZ*, quaternio *NH* et duo prima quaternionis *NΘ*, quae continebant c. 66. Tit. de Haeret. (XVI, 5) usque ad vv. *sectam et ad* c. 1. Tit. de Iudaeis (XVI, 8). Cf. ed. 1550. p. 562. Quot quaterniones post ultimum huius codicis desint, incertum est. Si codicis Paris. 4406. rationem habemus, unus tantum videtur excidisse. Notandum etiam est, fol. 272. cum c. 185—187. (XII, 1) transpositum esse et interponendum inter fol. 268. et 269.

quaternione I H fol. 123 a, XII. vero desinit fol. 294. in dimidio illo quaternione, quod hac de caussa memorabile est, quia XI. et XII. liber ab alia manu scripti sunt.

Lineae graphio ductae sunt, 29 in quaque pagina, qua re idem ubique numerus versuum efficitur, illis paginis exceptis, ubi rubricae titulorum proferuntur, quae tam grandibus literis scriptae sunt, ut unus versus duas lineas occupet; maius etiam spatium inscriptionibus librorum a librario concessum est.

Quod ad scripturam attinet, iam Niebuhrius hac de re dixit, qui amplam eam appellat et grandioribus, uncialibus sive maiusculis, quae dicuntur, literis constantem, quod fere cum Tilii descriptione concinit[4]). Praeterea in Marci Tullii fragmentis p. 14. ubi de Senecae fragmentis agit, ita loquitur: „*Scriptionis* (Senecae) *specimen in tabula dedi*[5]). *Eam semiminusculam satis apposite nominare possumus. — Denique titulus libri* ***de vita patris*** *illam refert, qua in scribendo utimur. — Utrumque autem scripturae genus, quod in his Annaeanis conspicitur, in volumine librorum S. Hilarii de Trinitate obtinet, quod in tabulario Basilicae Vaticanae asservatur; Carthagine sub Trasimundo Vandalo rege, primis sexti saeculi annis scripto*[6]). — *Quod vero ad literam semiminusculam attinet,* ***volumen alterum Codicis Theodosiani inter libros manuscriptos Reginae*** *haud dubie ad eadem fere cum codice S. Hilarii tempora referendum, eadem illa, licet crassiore, scriptum est.*“ Apparet Niebuhrium sibi ipsum non constare. Primo enim loco literis uncialibus sive maiusculis codicem scriptum esse affirmat, altero autem literam semiminusculam esse, quae diversa sunt. Nec illud verum est, utrumque scripturae genus, quod in Annaeanis fragmentis conspicitur, in Vaticano S. Hilarii codice inveniri, ut et horum codicum species et singulae literae, maxime *e*, *g*, *r*, *s* docent, quae in utroque codice plane differunt. Codicis vero S. Hilarii et eius, de quo hoc loco agitur[7]), magnam esse similitudinem ex scripturae specimine aperte cognoscitur. Quamquam enim Hilarii codex robustioribus et pinguioribus literis scriptus est, in utroque tamen codice excepta *e*, quae in co-

---

4) Vid. epist. *Tilii* ad Bertrandum l. c. — 5) Cf. Tabulae aeri incisae spec. 4. — 6) De codice Vatic. S. Hilarii cons. *Nouveau Traité de Diplomatique* T. II. p. 381. not. 1. T. III. p. 263 sq., *Mabillon* de Re Diplomatica, Lutet. Paris. 1709. fol. p. 355 sq., *Ang. Maius*, Iuris Civilis Anteiustinianei Fragmenta. Romae 1823. p. XVIII. Specimen scripturae exhibent Mabillon et Maius. Eiusdem aetatis est alter codex S. Hilarii, quem vidi in bibliotheca Turonensi. Cons. *Nouveau Traité de Diplomatique* T. III. p. 170 sq. et tabula 43, VII, ubi scripturae specimen est, et *Catalogi* Librorum Msstorum quos edidi, p. 482. — 7) Vid. Spec. 1.

dice Vaticano fere semper uncialis literae formam habet, idem est scripturae genus, id est, ex literis minusculis, quas dicunt, proceris et uncialibus interdum interiectis mixtum, qua de caussa cum Niebuhrio Theodosii librum eadem fere aetate scriptum esse existimo atque illum, quem primis sexti saeculi annis S. Benedicti patres tribuunt. Aliud scripturae genus prodere videntur liber XI. et XII., rotundum illud et quadratum, crassioribus nec raro cohaerentibus literis constans. Tamen praeter rubricas literis uncialibus pulchre pictas, idem esse scripturae genus, neque antiquius neque recentius, quamquam venustius, specimen quod dedi ostendit[8]). Ceterum his, quae de aetate codicis disputavi, alia antiquitatis signa accedunt: nullus lineolae post verba in fine versuum discerpta usus; nulla interpunctionum frequentia, nisi quod interdum punctum aut colon supra lineam, sed sine certa ratione ponitur; vetus orthographia[9]); notarum sive siglorum omissio praeter punctum aut virgulam, si qua syllaba per compendium scripta est; denique materiae, qua librarius ad scribendum usus est, compositio, quae, ubi nigrae sunt literae, atramento sinensi haud absimilis est, ubi autem rubricae aut verba: „*Imp. Impp.*" pingenda erant, ex milto consistit, haud raro vero, quum non bene profluxisset, siccitate a membranis soluta est[10]). Quae codex Graeca habet, eodem modo scripta sunt[11]). Ceterum librarius constitutiones secundum titulos numeravit.

---

8) Cf. Spec. 2. — 9) Literae additae: san*c*ximus, va*c*cilare. co*h*ercemus, *h*ostendi, *h*arena, *h*is, mac*h*edonianum, t*h*elonarii, Io*h*anni, ex*h*orta. hi*i*, uti*p*ote. quaerel*l*is, sol*l*ertibus, medel*l*am, sil*l*iquas. quotie*n*s, aliquotie*n*s, totie*n*s. tem*p*taverint, rep*p*erietur, consum*p*serit, redem*p*ti, sup*p*remam, dem*p*simus. per*r*enni. ret*t*ulisse, post*t*remo, brit*t*aniarum. urg*u*ere. Literae omissae, *c*: ar*t*ari, mu*l*ta. *h*: *a*c, *a*ruspex, *a*bita, *o*rreo, conc*y*liis, apoca. *i*: obiciendum, proiciendum. *in*: strumentum. *l*: i*l*ico. *s*: exeri*t*, e*x*pectare, e*x*equi. *ae* pro *e*: depr*ae*hensus, p*ae*nates, *ae*culea, interpr*ae*tatio, perspicu*ae* (perspicue), s*ae*pta, qu*ae*rellis, san*ae*, pr*ae*tio. *e* pro *oe*: f*e*cundus, f*e*nebrem, c*e*naculis, f*e*tus. *i* pro *e*: all*i*gavit. *o* pro *u*: p*o*niri, i*o*venis, n*o*mismata. *oe* pro *e*: ob*oe*dire. *u* pro *o*: cons*u*brino, s*u*boli, epist*u*la, n*u*ngentorum. *b* pro *p*: inscri*b*tis, praescri*b*tio, scri*b*tus, ela*b*sus. *b* pro *v*: *b*ilitas, binum, *b*isellia, ha*b*e, conhi*b*entia, iu*b*antur, rele*b*etur; scribitur etiam o*b*ponere, o*b*petere etc. *c* pro *d*: qui*d*quam. *c* pro *t*: sola*c*io, condi*c*io, quo*c*iens. *d* pro *t*: a*d*que, kapu*d*, reliqui*d*, quo*d*; scribitur praeterea a*d*serere, a*d*petere, a*d*temperies, a*d*ligatur. *f* pro *ph* ponitur in nominibus et verbis graecae originis v. g. Dagalai*f*o, Zeno*f*ili. *h* pro *i*: *h*isdem. *h* pro *n*: con*h*ivere. *k* pro *c*: *k*apud, ar*k*arius, *k*anon. *m* pro *n*: cuiuscu*m*que, nu*m*quam, solle*m*nibus, ta*m*quam. *n* pro *l*: i*n*lustris, co*n*latio, i*n*licitum. *n* pro *m*: co*n*petentibus, i*n*ponere, co*n*portare. *n* pro *s*: be*n*sis. *p* pro *b*: o*p*tineat, pu*p*licari. *s* pro *x*: se*s*tantem, de*s*tantem. *t* pro *c*: indu*t*ias. *t* pro *d*: apu*t*, a*t*. *v* pro *b*: iu*v*emus, in*v*ibisset, acer*v*itate, acer*v*ior, prae*v*endis. — 10) Tilius l. c. *senio iam multis in locis erat species deformata et pene deleta.* — 11) Cf. Spec. 3.,

Haec hactenus de scripturae genere. Commemorandum nunc est, praeter eos, qui codicem ipsum scripserunt, quattuor alios industriam suam in corrigendis membranis posuisse, quorum vetustissimus eas ad exemplum, quod hic transscriptum est, videtur emendasse, mutans ille literas, quae falsae aut transpositae essent, cuius rei exempla in specimine graeco conspiciuntur; alter autem flavo quodam succo nonnullos locos correxit; tertius denique recentiore tempore rubro succo totum codicem lectu faciliorem reddidit, a quo is, qui notas atramento pictas adiecit, aetate non videtur distare. Et profecto neque inutilis neque vulgaris amborum industria fuit, quum ille, qui rubrum succum adhibuit, non solum literas deletas restituerit, omissas addiderit, orthographiam emendaverit, errores correxerit, sed etiam singula quaeque verba rubris lineis separaverit, syllabas verborum in fine versuum discerptorum lineolis adiectis coniunxerit, denique sententiarum finem et principium interpungendo indicaverit, hic vero, praeterquam quod menda ab illo neglecta sustulit, constitutiones non ad singulos titulos, sed per libros continuatas numeraverit[12]) et lacunis asterisco indicandis operam navaverit, quae omnia primus editor, antequam volumen typis exprimendum curaret, fecisse videtur.

Superest, ut demonstrem, Tilium, quum posteriores Codicis Theodosiani libros primus ederet, hoc libro usum esse, quod tum demum in dubium vocari non poterit, quum Tilianam editionem cum illo congruere exposuero: quae demonstratio propterea non inutilis est, quia in codice nusquam Tilii nomen legitur, neque quae de scriptura et a Tilio et a me dicta sunt, eundem esse codicem Tilianum et Vaticanum probant; qua de caussa aliis argumentis utendum est. Et primum quidem argumentum consistit in lectionum convenientia, quae tanta est, ut etiam in rebus levioribus et codex et prima editio congruant. Ita scriptum est in c. 2. de Accus. (IX, 1) *Corintho* et *Licinnio*, utrumque legitur in prima editione; in inscriptione c. 3. eod. codex habet *Africolanum*, *inlicitam*, idem est in prima editione; quod vero verbum *ius* post *Cum* in principio eiusdem constitutionis omissum est, id etiam in prima editione deest. In c. 5. eod. utrumque exemplum exhibet *Sirmio — et Constante Conss.* omisso *C.;* item *Burso* in subscriptione c. 7. eod. transiit ex codice in primam editionem, ubi etiam in c. 9. *Pf. U.* et *NB. P.* deest, quod librarius omisit, et in eadem

---

quod *Gust. Ern. Heimbachii* amicitiae debeo. — 12) Secundum hanc computationem Liber IX. exhibet 221 constitutiones, X. 143 constitutiones, XI. 306 constitutiones, XII. 272 constitutiones, XIII. 125 constitutiones, XIV. 99 constitutiones, XV. 116 constitutiones, XVI. denique liber 155 tantum constitutiones propter lacunas, quas habet.

constitutione *ei cui*, sicut in c. 14. *Marinum vic. Hispaniae* editum est, cuius rei et ex eodem titulo et ex aliis exempla plura afferre potuissem, si libelli ratio pateretur. Ut haec tantum commemorem: in subscriptione c. 6. de Exhib. v. transm. reis (IX, 2) omittitur III., in c. 3. de Calumniat. (IX, 39) idem codex habet *Victuro*, in c. 10. de Poenis (IX, 40) *pro qualitate*, in subscriptione c. 4. de His, qui ad eccles. (IX, 45) *V. C. Cons. et qui fuerit nuntiatus*, quae omnia etiam in prima editione inveniuntur. Ubi vero menda codicis aut atramento aut rubro succo correcta sunt, eaedem correctiones nihil mutatae in primam editionem receptae sunt: ut planum fiet, quum ex compluribus exemplis, quae mihi in promtu sunt, nonnulla tantum protulero. In c. 5. de Accusat. (IX, 1) codex habet *per sopita ira*, recentior manus delevit *per;* in c. 9. eod. illud *si vero*, quod codex habet, mutatum est in *si vera;* in c. 10. eod. pro *provincia*, *licentiam*, *praesentibus iudiciis coherc.* corrector posuit *provinciae*, *licentia*, *pr. legibus coherc.* Magis offendunt, quae in c. 19. eod. emendata sunt, ubi codex habet: *nemo credat supplicia fugienti commonitoriis*, recentior autem manus partim ex Alarico emendavit: *Nemo credat sponte fingenti commonito*, aut quod in c. 6. de Iure fisci (X, 1) pro *Coeli. Ab edicti nostri tenore quemdudum* ab eadem manu positum est: *Coeles. Secundum legem, quam dudum.* Gravissimum vero argumentum ducitur ex lacunis, quas quum saepius correctores illi invenerint, asterisco (*) notaverunt, Tilius vero in editione sua una cum asteriscis repetiit. Itaque lacuna asterisco notata est in c. 6. de Navicul. (XIII, 5) post verba *tenuioribus* et *confirmen*, in c. 16. eod. post verbum *possim*, in c. 10. de Praediis navicul. (XIII, 6) post vv. *molestia* et *re divinu*, in c. 18. de Pistor. (XIV, 3) post vv. *vindicant* et *memorata*, in c. 21. eod. post v. *subreptione* et post vv. *filias pistorum in* et post syllabam *con*, in c. 3. de Calcis coctor. (XIV, 6) post v. *canone*, in c. 1. de Collegiatis (XIV, 7) post vv. *De quorum*, in c. 2. de Studiis liberal. (XIV, 9) post vv. *et ipsi*, in c. 20. de Operibus publ. (XV, 1) post v. *constrat*, in c. 53. eod. inter syllabas *pa* et *tamen*, quo asterisco in editione Cuiaciana II., quam Godofredus videtur secutus esse, et a novissimo editore omisso, mirum illud verbum *patamen* ortum est, nostra demum aetate a Maio, qui veram lectionem e fragmentis Vaticanis restituit, e latino sermone sublatum. Similiter asterisci nota exstat post v. *declinare* c. 9. de Scenicis (XV, 7), post v. *desiderium* c. 10. eod., post vv. *gestum est* c. 2. de Infirmandis his (XV, 14), post vv. *huiusmodi personis inlicitum temere* c. 35. de Episcop. (XVI, 2), post v. *iuratur* (uratur) c. 40. eod., post vv. *insertum est* c. 42.

eod., post v. *reverentissimorum* c. 6. de His, qui super relig. (XVI, 4), ubi in codice extrema c. 6. verba una cum prioribus quattuordecim sequentis tituli constitutionibus usque ad vv. *usquam sinantur* c. 15. interciderunt, typothetae vero errore asteriscus post vv. *habere conventum non* quae in prima editione cum v. *reverentissimorum* cohaerent, positus est; post v. *possessionem* c. 21. de Haeret. (XVI, 5), post v. *Constantinop.* c. 31. eod., post v. *profluat* c. 44. eod., post vv. *datarum constitutae* c. 46. eod., post vv. *nomine faciat* c. 66. eod., ubi duodecim folia desunt cum extrema c. 66. parte et sequentibus titulis usque ad vv. *feralem fugerit* c. 1. de Iudaeis (XVI, 8), denique post v. *fisco* c. 12. de Paganis (XVI, 10), in quo verbo codex desinit. Quibus accedit, quod propter lacunam illam, quae est in c. 6. de His qui sup. relig. cont. (XVI, 4) simul rubrica Tit. V. de Haereticis (XVI, 5) excidit, propter alteram autem in extrema tituli de Haereticis (XVI, 5) constitutione rubricae Tit. VI. Ne sacrum baptisma (XVI, 6), Tit. VII. de Apostatis (XVI, 7) et Tit. VIII. de Iudaeis (XVI, 8) perierunt, unde factum est, ut constitutiones, quae in codice Vaticano post priorem lacunam ex titulo de Haereticis (XVI, 5) supersunt, una cum illis ex titulo de Iudaeis (XVI, 8) ad titulum de His, qui super relig. cont. (XVI, 4) pertinere videantur, eiusque tituli in codice Vaticano non sex, quae revera sunt, sed LXXXV constitutiones exhibeantur et ab antiqua manu numerentur. Neque aliter res in prima editione se habet, in qua lacunae iisdem in locis asteriscis indicatae sunt, idem finis libri XVI. est, idem ordo quum titulorum tum constitutionum [13]).

Quaeritur nunc, ex quo codice Cuiacius librum XVI. Codicis Theodosiani suppleverit in editione a. 1566. Primum ego eius libri exemplum, quod in codice Parisiensi 4406. a me inventum Hauboldus ex schedis meis descripsit, a Cuiacio adhibitum fuisse putabam, adductus in hanc opinionem partim eo, quod supplementis, quae iste codex habet, ampliores libri XVI. lacunae sanantur, partim titulo de Episcopali iudicio in extremo libro XVI. et c. 1. C. Gr. de Confessis (X, 2), quae omnia a Cuiacio in illa editione primum in lucem protracta in codice 4406. exstant. Attamen postquam codicem illum cum editione

---

13) In hac sola re ed. pr. differt, quod post lacunam c. 66. de Haeret. ibi adnotatur: „*Hic desiderabatur quaternio integer complectens finem tituli quarti, quintum titulum et initium sexti*, et post hanc adnotationem *Tit. VI.* numeratur quidem, sed in superiore tantum paginarum margine, non in contextu editionis.

a. 1566. contuli, hanc sententiam teneri non posse perspexi et propter diversitatem lectionis et propter lacunas in illis ipsis locis, quos Tilianus codex non habet, ut nullo modo dubitari possit, quin tertius nobis ignotus codex iis supplendis inservierit. Diversarum lectionum exempla potiora haec sunt: c. 2. de Haeret. (XVI, 5) cod. 4406 *ex tempore*, ed. 1566 *exempto;* c. 4. eod. cod. 4406 *false*, ed. 1566 *falso;* c. 6. eod. cod. 4406 *fidei toto orbe*, ed. 1566 *ecclesiae toto orbe;* c. 12. eod. cod. 4406 *sequenti emendationi quae*, ed. 1566 *sequentiae, damnationique;* c. 2. Tit. Ne sanctum baptisma (XVI, 6) cod. 4406 *comprehendat et si piculiari*, ed. 1566 *comprehendet si piaculari;* c. 2. de Apostatis (XVI, 7) cod. 4406 *ut ita res ferunt*, ed. 1566 *si ita res ferant;* c. 19. de Pagan. (XVI, 10) cod. 4406 *iubet*, ed. 1566 *iubente;* c. 20. eod. cod. 4406 *idoneorum — consecratae —* Theod. VII., ed. 1566 *id in eorum — sacratae —* Theod. VI.; c. 24. eod. cod. 4406 *dicunt*, ed. 1566 *dicuntur.* Ad lacunas codicis 4406. quod attinet, has commemorasse satis sit. In c. 1. de Haeret. (XVI, 5) omittitur *diversis — Generasti;* in c. 13. de Paganis (XVI, 10) *et his — possessionum nostrarum*, et in c. 23. eod. om. *Asclepiodoto et Marc. Coss.;* deest etiam c. 22. eod., ex quo certissimum argumentum repeti potest, Cuiacium alio codice, nunc deperdito, usum esse, quum etiam in Tiliano codice haec constitutio desideretur. Praeterea desunt rubricae Titulorum VII—XI., qua omissione effectum est, ut horum Titulorum constitutiones ad Tit. VI. Ne sacrum baptisma relatae sint, isque Titulus in codice, ut etiam numeri singulis constitutionibus adscripti significant, LXXV constitutiones comprehendat pro septem, quibus in recentioribus editionibus constat. Contra codex 4406. interdum nonnulla habet, quae desunt in ed. 1566., veluti in c. 20. de Episc. (XVI, 2) „extremo iudicio *vel testamento* possint“ —; in c. 26. eod. „Constant. *Datiano ppo* Eucherio etc.“; in c. 38. eod. „contra c. *arbitratu et iudicibus* utilitate“; in c. 2. de His qui super rel. (XVI, 4) „posthac *auxilii aut aliquid deferendi* ausu“ —; in c. 11. de Haeret. (XVI, 5) „Iidem AAA. *Constantiniano* Post.“; in c. 46. eod. „*Defensorum curialium* ne Donatistas“, ubi quae litteris inclinatis expressi, in ed. 1566. desunt neque in eius margine adnotantur. Quo codice Cuiacius usus sit, incertum est, nisi forte Miraei codicem adhibuit, de quo Cuiacius in epistola ad Bartholomaeum Faium, quam editioni quarti Observationum libri praemisit, ita loquitur: „*Utor in eis* (commentariis in postremos Iustinianei Codicis libros) *saepe auctoritate librorum Codicis Theodosiani, eorum, inquam, quos habet Lugduni Lud. Miraeus — quos*

mihi privatim hoc anno perlegendos dedit, dabit et brevi publice omnibus[14]).

Venio nunc ad summaria legum[15]), quorum duplex genus discernitur, unum literis minusculis et uncialibus mixtum, alterum minutissimis uncialibus constans, utrumque in margine codicis ad singulas constitutiones adscriptum. Illud[16]), de quo primo loco disseram, siglis et notis refertum est, ut Gaii codex Veronensis. Aetatem definierunt Maius et Niebuhrius, quorum ille haec summaria ante saeculum X. *elaborata* esse dicit, hic eodem quó codicem tempore scripta esse existimat[17]). Ego Niebuhrio adstipulari non dubito propter literarum formam, qualis post saeculum VII. in codicibus non reperitur et propter orthographiam, quae vetustissima est[18]). Quod Maius dicit[19]), multam esse scripturae barbariem, plerumque

---

14) Dicit ergo Cuiacius, se usum esse in commentariis auctoritate librorum Codicis Theodosiani, quos Lugduni Miraeus habuerit. Prodierunt hi commentarii a. 1562. in quibus non raro constitutiones libri VI. VII. et VIII. C. Theodosiani proferuntur. Iam vero hos libros ipsos demum a. 1566. edidit a Steph. Charpino inventos, ex quo patet, aut iam a. 1562. Cuiacium Charpini exemplum in manibus habuisse aut inter Miraei libros illos tres libros exstitisse et a Cuiacio adhibitos esse, quod fere convenit cum iis, quae ipse Miraeus praefationi suae ad Iuliani Novellas adiecit: „*Lugduni M. D. LX. Kal. Aug. ex officina Tornaesiana, ex qua prodibit propediem Deo favente Codex Theodosianus* ***integer***. Res ipsa accurata demum constitutionum in commentariis prolatarum collatione cum ed. 1566. dilucidari poterit. — 15) Cf. Maius de Vat. fragm. iur. civ. et Specimen ab eo editum pag. 108 — 110. Niebuhrius in epist. ad Car. de Savigny l. c. T. III. p. 411 sq., a quo summ. c. 4. de Sepulcr. viol. (IX, 17) editum est. Reliqua inedita sunt. — 16) Cf. spec. 4. — 17) l. c. p. 411. — 18) *u* pro *a*, *e* pro *ae*, *o* pro *um* (ad loco); *e* pro *i* et *i* pro *e*, maxime in infinitivis ubique scriptum est. *ac* (hac), *ad* (at), *adque, adicit, adriani, adplicare, adtendi, adiutur* (adiutor), *adversum, aecclesia, aeculeus, aequus* (equus), *anticum, apoca, arciatri, arciepiscopus, arcitectis, arca, artari, autores, aumentum, ausilium, babtisma, brebis, circumceliones, conibere, contempserint, coortalini, diocesis, epistula, equm* (equum), *esortatio, esportatio, elabsus, expoliare, filosofia, friga, hisdem* (iisdem), *honera, hortodoxum, idem* (item), *inluster, inminere, inmunitas, inrite, inscribtio, intellegere, iubari, kanon, kapitalis, kapitatio, kaput, karere, maenia, matematicus, milia, monarcos, navarcus, neclexerint, neclegentia, oficium, oficina, oportunum, orrei, ostis, pascae, patriarka, pena, plebeis, poeculatus, poeculium, poecunia, pollount, poniri, praescribtio, proiciunt, proibere, quius* (cuius), *quaerellantem, quiquomque, quom, repperire, rescribta, retores, scisma, scolares, scolastico, scribtura, sepulcra, sinagoga, spelunka, tamquam, tesaurus, temptaverit, timelicos, tirannus, tirrannus, vilicus, Zeusippi.* — 19) l. c. p. XXI. „Omnis ea lucubratio sine dubio ante saeculum decimum elaborata fuit:

verum est et de iis potissimum valet, quae in libro XI. ad Titulum XXX. et sequentes adscripta sunt, tamen non semper locum habet. Multa enim, veluti in prioribus quinquaginta de Decurionibus (XII, 1) constitutionibus optime scripta sunt. Utrum ipsi summariorum auctori rusticitas illa tribuenda sit, an librario, qui ea nobis in codice Vaticano servavit, dubium est, quamquam ego librario tribuerim, quum multis ex locis constet, eum sigla et notas, quas invenisset, perverse interpretatum esse. Nec vero credibile est, a librario summaria esse confecta, nam complura clare et concinne atque ea iuris legumque peritia scripta sunt, ut non ab indocto homine proficisci videantur. Multa summaria et situ et vetustate corrupta sunt, nonnulla vero a glutinatore, quum membranas tegumento aptaret, misere recisa.

De patria summariorum certi quid dici non potest, quamquam qui ea in Italia scripta esse dicat, non multum a vero aberraverit, si quidem multa verba ad Italicum sermonem efficta sunt[20]). Huc accedit, quod semel[21]), etsi inscriptio legis etiam Theodosium habet, solus Valentinianus, Occidentis imperator nominatur, quasi auctor suae tantum regionis imperatorem dignum habuerit, qui commemoraretur. Fortasse Romae scripta sunt, ubi veterem iuris scholam fuisse constat[22]). Ponitur enim nonnunquam Romae nomen, ubi in Codice Theodosiano urbis nulla fit mentio[23]), neque leve est, quod ad c. 4. de Naviculariis (XIII, 5), in qua de portu urbis Romae sermo est, scholiasta pro verbis *non tenet*, *inutilis est*, *vacat*, similibus, quibus uti solet, si legem antiquatam esse indicare vult, posuit: *in hac urbe modo non valet*, ut de domicilio suo loqui videatur. Certe in regione a barbaris subacta scripta esse, complures loci ostendunt, in quibus pro *domus imperatorum*,

---

sed multa est scripturae barbaries, nec raro vitiis sermo confusus: ea demum aliquando rusticitas, ut neque latinae syntaxeos, neque rectae vocabulorum flexionis ratio habeatur — et horum summariorum specimen edam; quia videlicet non ubique auctor inficetus est, sed vel aliquam prae se fert eruditionem, vel de legibus iudicat easque inter se comparat, vel interdum iuris auctores fontesque demonstrat." — 20) Lib. XII, Tit. 1, c. 32. *aumentari* (augmentari), *esortatio* (exhortatio); IX, 40, 16. *intesserit*, *sta* (ista), *starum* (istarum), cuius formae multa sunt exempla. (Cf. IX, 9, 1 ubi Maium fefellerat; IX, 17, 5; IX, 27, 3; IX, 40, 4; XIII, 1, 19; XIII, 5, 37; XIV, 3, 13; XVI, 4, 6); X, 10, 4 *delatare* (deferre). — 21) Cf. X, 19, 10. — 22) *v. Savigny*, Gesch. des röm. Rechts im Mittelalter. T. I. Ed. I. p. 396 — 399. 414 sq. Ed. II. p. 459 — 464. 476 sq. Ceterum non improbabile est, summaria illa in scholis nata esse, quum antecessor Codicem Theodosianum explicaret, siquidem complures loci eiusmodi sunt, ut ex ore docentis excepti esse videantur. — 23) XII, 1, 46, quamquam h. l. in Theodosiano Codice sine dubio nonnulla exciderunt; XIII, 3, 5; XIII, 5, 4.

domus nostra (i. e. imperatoris), *domus mansuetudinis nostrae* etc., quae verba Codex Theodosianus habet, *domus regia*[24]) constanter scribitur.

Auctorem christianum et eum catholicum fuisse, colligitur ex verbis *nostris catholicis*, quibus in summario c. 37. de Haeret. (XVI, 5) utitur[25]). Plura, quae ad auctoris vitam referri possent, non inveni, nam quod in summario c. 20. Quorum appellationes (XI, 36) *fratribus* pro *his*, *qui indigent* scriptum est, non indicat, eum clericum aut monachum fuisse.

Exponunt haec summaria breviter argumenta constitutionum, ita tamen ut ampliorum tantum principium explicetur. Interdum auctor mutato quasi consilio hoc egit, ut diversas leges inter se conferret[26]) et antiquatas indicaret[27]); quin etiam loci sunt, quos explicavit[28]), aut mutavit[29]), aut distinguendo[30]) vel restringendo[31]) interpretari aggressus est, quae etsi non semper feliciter successerunt, tamen non plane indoctum hominem produnt. Semel etiam (IX, 23, 1) alios fontes adisse videtur. A Graecis literis non alienus fuit, si recte conieci Lib. IX, 35, 2. pro corrupto verbo *legonte* λέγονται restituendum esse.

Si quaeris, quem usum adferant ad cognoscendum Codicem Theodosianum et ad iuris antiqui studium, parvus quidem ille est, sed non plane nullus. Compluribus enim in locis de rebus loquitur, quae non sunt in Codice Theodosiano[32]), ut suspicio illa iam dudum mota, et nostra aetate aucta, ne posteriores quidem octo Codicis libros integros ad nos pervenisse,

---

24) Cf. XII, 1, 114; XIII, 6, 3 et 5; XVI, 5, 21; XVI, 5, 52. — 25) *in quibus* (Donatistae) *a nostris catholicis sunt superati.* — 26) X, 17, c. 2; XI, 30, c. 8, 9, 12, 19, 21, 24, 27, 30, 44, 46, 47, 54, 56, 60, 64; XI, 36, c. 4, 5, 7, 8, 11, 12, 18; XII, 16, XIII, 5, 19 etc. — 27) Cf. XII, 1, c. 90, 145, 148, 160, 166, 173, 176; XIII, 5, c. 5, 8, 10, 13, 16, 36—38; XIV, 3, c. 17; XV, 1, c. 50; XV, 7, c. 3, 10, 11; XV, 8, c. 1. — 28) IX 35, c. 2; X, 9, c. 1; XII, 1, c. 74; XII, 11, c. 1; XII, 13, c. 1; XIII, 1, c. 13. — 29) IX, 17, c. 3; IX, 42, c. 13 et 15; XI, 36, c. 23; XIV, 2, c. 3. Hic etiam commemoranda sunt aetati et patriae scriptoris tribuenda, v. g.: *substantiosi* (XII, 1, 52); *substantia* pro *facultatibus* (XIV, 4, 1; XVI, 5, 54); *ad leges vocari* pro *in ius vocari* (XIII, 3, 1); *ludimagistri* pro *magistris urbis Romae* (XIII, 3, 10); *gubernis* (XIII, 9, 3); *casas* pro *praediis* (XIV, 3, 3); *magistrianos* pro *agentes in rebus* (XVI, 8, 16); *pretiatio* pro *aestimatio* (XIV, 4, 2); *breve negotiatorum* pro *negotiatorum matricula* (XVI, 2, 15); *kaput, in kapite* pro *principium* (XII, 1, 172) et pro *sorte* (XII, 11, 1); *furca pro capitali sententia* (X, 10, 2); *fideles* pro *certi homines* (X, 10, 11). — 30) IX, 27, c. 6; XII, 1, c. 20; XVI, 8, c. 29. — 31) Cf. X, 14, 1. — 32) IX, 17, c. 1; IX, 35, c. 3; IX, 36, c. 2; X, 1, c. 6; XI, 31, c. 9; XII, 1, c. 20, 181; XIII, 3, c. 5; XIV, 7, c. 1 etc.

valde confirmetur; ex aliis corrupta Codicis Theodosiani lectio restitui potest[33]), ut mittam alia, quae levioris sunt momenti[34]). Certe ut antiquitatis monumentum magni habenda sunt, quod demonstrat iuris romani studium vel eo tempore, quo barbarorum incursione artes siluerunt, nondum plane exstinctum fuisse. Fortasse libri, quos Visigothi ad componendam Alarici legem adhibuerunt, similibus instructa erant summariis, quae Visigothos videntur ad interpretationem conscribendam impulisse. His vero eos non usos esse, inde patet, quod ne vestigium quidem eorum in Visigothorum interpretatione invenitur.

Alterum, quod in codice inesse dixi summariorum genus, ab illis, de quibus modo exposui, et literarum ductu[35]) et conformationis ratione distat. Sunt enim haec summaria perbreves tantum adnotationes, quae plerumque non continent nisi legum similium e Codice Theodosiano comparationem[36]), propterea vero insignes, quod auctorem in Codice Theodosiano egregie versatum produnt. Nonnunquam aut ex historia aliquid aut alius generis explicationem addunt[37]). Quod autem non ita frequenter constitutionibus adspersa sunt, argumento eorum tribuendum est, ubi vero adsunt, plerumque summaria, de quibus supra egi, sequuntur, contra ex prioribus XXIX libri XI., quem alia manu scriptum esse dixi, titulis octo tantum his solis summariis instructi sunt. De patria et auctore nihil constat; antiqua esse et scriptura probat et brevitas, et fortasse propterea aetate priori summariorum generi antecedunt. Tamen quum in codice fere semper post illa posita sint, ea in adnotatione verbis: *a secunda manu* distinguenda esse putavi, in re dubia libri manu scripti auctoritatem secutus. Etiam in his summariis verbum *constitutionis* constanter usurpatur.

Restat, ut quomodo haec summaria ediderim, breviter exponam. Omnia eodem ordine edidi, quo in codice scripta sunt. Orthographiam et sigla ad nostram scribendi rationem

---

33) Cf. X, 9, c. 2, ubi nunc *omnium bonorum* leg.; X, 15, c. 3, in qua lege corr. *quodsi* pro *nisi*; XI, 30, c. 14; XII, 1, c. 89; XIII, 1, c. 8; XV, 1, c. 12, ubi suppl. *debere restitui.* Corrigi etiam potest summariorum ope vexatissimus locus c. 46. de Decur. (XII, 1) et v. *mancipatio* in c. 9. de Infirmandis his (XV, 14). — 34) Ita v. g. legum segmenta, quibus novum argumentum inest, *capita* appellantur, leges ipsae *constitutiones*; *Magistri studiorum* in c. 26. de Decur. (XII, 1) *doctores* nominantur. — 35) Doleo me perdidisse specimen scripturae, quod delineaveram. — 36) IX, 14, c. 3; XI, 5, c. 1; XI, 7, c. 1—4; XI, 12, c. 3; XI, 14, c. 1; XI, 26, c. 2; XI, 29, c. 1, 2; XI, 30, c. 42 etc. — 37) IX, 27, c. 7; XII, 13, c. 4 etc.

revocavi, satis esse arbitratus, si illam, qualis esset, adnotatione explicassem[38]). Barbariem scripturae, quantum fieri poterat, corrigendo sustuli, ne legentes in singulis verbis multum haererent, a quo negotio abstinui, ubi sententia corrigendo periclitari videbatur. Impeditos locos signis interrogandi, emendationes meas per literas inclinatas uncis inclusas, addita *l*, significavi. Lacunas tot punctis expressi, quot desunt literae sive sigla, restitutas literis inclinatis distinxi; summaria plane mendosa aut obliterata aut lacunis hiantia omisi.

In adnotatione enumeravi summaria a secunda manu scripta, ut ubi verba: *a secunda manu* non leguntur, summaria prioris generis intelligenda sint. Ibidem exhibui res memorabiles, quae ad cognoscendam summariorum patriam, auctorem, aetatem faciunt, neque praeterii eos locos, in quibus Codex Theodosianus aut emendatur aut suppletur aut ubi ab eodem disceditur. Denique indicavi, si quod summarium propter corruptelam omissum est.

Sed haec hactenus. Dicendum nunc est de caussa libelli scribendi. A summis rerum academicarum nostrarum moderatoribus constitutum est, ut quibus professionis extraordinariae munus demandatum est, orationem publice habeant editoque libello ad eam audiendam invitent. Quum igitur mihi, antequam iter meum suscepi, FRIDERICI AUGUSTI REGIS, PII, IUSTI, summa clementia professionis extraordinariae munus delatum sit, ne differam facere, quod meum est, die XVIII. mens. Novembris orationem publice habebo *de glossatoribus ab iniusta nonnullorum reprehensione vindicandis*, ad quam benevole audiendam Vos, Rector Academiae Magnifice, Principes Celsissimi, Proceres Utriusque Civitatis Gravissimi, Collegae Omnium Ordinum Summopere Colendi, Commilitones Humanissimi, ea qua decet observantia invito.

---

38) Cf. not. 18.

Ir

TAN
QUE

Imp

LIBER IX.

Tit. 1[a]).

c. 5. Id est, non sermone transitorio accusare liceat, sed inscriptione solenniter facta.

c. 8. Praecipit nullum accusatione terreri, nisi inscriptione.

c. 9. Iubet nullum praesentari iudicio sine inscriptionis probatione.

c. 10. Ibi caussam criminis inquiri, ubi facinus commissum.

c. 12. Haec adserit, accusatum non posse actorem accusare, nisi se probaverit innocentem.

c. 15. Quicunque accusare tentaverit, non per procuratorem, sed per se ipsum accuset.

c. 16. Similis decimae.

c. 17. Similis tertiae decimae.

c. 18. Hic praecipit, ut rei non macerentur custodia, sed celeriter aut puniendos aut absolvendos.

Tit. 2[b]).

c. 1. Senatorem macula non foedari nisi probationis viribus fulciatur.

c. 2. Iubet nullum damnari spectabilium accusatorum per provincias, sed principi de eo referre vel clarissimorum.

c. 3. Praecipit nullum retrudi carceri sine convictione et sine inscriptione. Eandem actorem si non docere maluerit, poenam mansuram. Etiam praecipit praesente iudice spatium XXX dierum accipere in ordinanda domo sua. Advocati defensionem accipiens pari utrosque id est actorem cum reo custodia teneat.

c. 4. Praecipit nullum praesentari iudicio accusatum, nisi de quo iudex praecepit.

c. 5. Defensor civitatis, vel curator, vel magistratus reos in custodiam non mittunt sed acta confecta sub prosecutione certa cum accusatore lucide mandare.

c. 6. Similis tertiae. Haec praecipit, ut si quis accusatus iussione iudicis ad iudicium deducitur auxilio curialium confessione peracta XXX dierum inducias acceptas sub diligenti custodia mandari. Adiicit etiam, ut si velit hanc humanitatem oblatam suscipere, consequantur minus, ut una cum accusatore mandentur.

Tit. 3.

c. 2. Nullum sine delicto carceri detrudendum nisi de quo ma-

---

a) In tertia h. t. const. incipiunt summaria. Quae ad c. 3, 4, 6, 7, 13, 14, 19. h. T. et ad Tit. III. c. 1, 3 scripta sunt, paucis vv. exceptis, eruere non potui, quum margo folii, in qua exstant, fere lacerata sit; qua de caussa haec summaria omisi. Ad c. 4. secunda manus apposuit *bona esortatio*. — b) Summ. Tit. 2. — usque ad Tit. 16. c. 3. ed. Maius l. c. p. 108—110.

nifestatio facta fuerit. Et rursus qui custoditus fuerit iterum in publico praesentetur, ut commemoratio perpetrati criminis in conspectu omnium fiat.

c. 4. Iubet accusationem *c*) custodiae mandari nisi actor fecerit inscriptionem. Similis XVIIII. tituli primi. — *d*) Nota apud vicarium inscriptionem agi.

c. 5. De commentariensi. Commentariensem curam habere personarum, ut si elapsus fuerit de carcere eundem reum poena mucltari. Quod si fugerit (!) commentariensis, ipsius adiutor subrogetur.

c. 6. Similis XVIII. primi tituli. Ex hoc inserit ut commentariensis et nomina personarum et crimina intra XXX dies dinumeret.

c. 7. Omni die dominica reos carcere educendos*).

Iubet iudices ut dominicorum diem *e*) reos discutiant, ne eis humanitas denegetur, etiam eos sub custodia lavare iubet.

Tit. 6.

c. 2. Contraria superiori titulo.

Tit. 7.

c. 2. Iubet nullum accusare mulierem nisi consanguineus suus, id est frater vel pater: et dicit non solum coniugem ulcisci in uxore *f*), sed etiam suspicione damnare.

c. 3. Hic de sodomitis loquitur.

c. 4. Commemorat ut dum adulterii caussas *g*) perquiruntur, si domi fuerit familia omnis quaestionari; siue dum unus de coniugibus alio aut pararit aut dederit venenum.

c. 5. Prohibet iudaeum christianam coniugem accipere.

c. 6. Simile tertiae de sodomitis. Sodomitae flammis tradantur.

c. 7. Praecipit in accusatione criminis exceptionem dotis abesse, sed discuti diligenter: et cognita veritate momentum mulier dotis accipiet accusatione viri confusa.

c. 8. Qui verbi gratia cum uxore fratris adulterio fuerit accusatus ... invicem esse proxi ... defuncto fratre in nuptias coierint, tanquam ostensi severissime puniendos.

9. Quicnnque accusatus adulterio forum mariti vitaverit, non eludet sed ibi ubi est accusatus auditur.

Tit. 9.

c. 1. Praecipit, ut mulier ingenua seu nobilis, quae se servis coniunxerunt, legibus puniendas, nec eosdem dici liberos quos genuerunt, quibus turpitudo materna vel paterna dedecoris vulnus inflixit.

Commemorat ut si uterque mortui fuerint, sint filii a culpa liberi et liceat eis in successione parentum ad hereditatem venire. Hoc ante istius*) legis sanctionem; post constitutionem iubet occidi.

Tit. 10.

c. 1. Quicunque docetur in iudicio violentiam fecisse, non provocatione aliqua se liberari confidat, sed capitali sententia puniatur.

---

c) Ita cod. — *d*) A manu sec. — *) Cf. Specimen scripturae apud Maium etsi minus accurate editum ante Symmachi laudes inter pag. 2. et 3. — *e*) Ita cod. — *f*) Mai. cj. *in uxorem*. — *g*) Itã cod. — *) Mai. *Antestius*.

c. 2. Si quis fines alienos ingredi cupiens vim fecerit domino possidenti, capitali sententia percellatur.

c. 3. Iubet nullam possidenti violentiam irrogari sed conventione iudiciaria uti: ita tamen, ut si probaverit suam esse rem, unus ex ipsis possideat: sin autem actor, poenam, quam reo opponebat, excipiat. Quod si possessorem, vi deiectus esse cognita reparationis auxilium accipiat.

c. 4. Admonet, ut si qui servorum violentiam possidenti fecerint, poena esse mucltandos, si inscio domino. Quodsi praesente domino vi metuque compulsi, dominus infamiae macula polluatur; servis in metallo damnatis. Ipsum vero iudicem pari feriri sententia, qui probatum apud se facinus cohibitione interposita ulcisci desierit.

Tit. 12.

c. 2. Alibi, nec est contraria superiori.

Tit. 14.

c. 1. Hic de mulieribus loquitur, quae parvulos infantes occidunt, vel de viris.

c. 2. Hic ordinat, ut quicunque repertus fuerit per noctem latro in agro alieno ab agri domino interficiatur, siue obsidionem faciens, antequam per *latronem* perimatur. — Eadem censura voluntatem et effectum sceleris puniri debere.

c. 3. Praecipit, ut hi sive illustres sive spectabiles seu clarissimi, qui cum barbaris vel militibus communicant in innocentum perditione consilium, capitali feriri sententia: filios ab hereditate mares expelli, filiabus de bonis maternis falcidiam tantum accipere, et qui nuntiaverit consilium ante perfectionem sceleris, et honore donari et munere. Qui vero tardius tantum, mereatur absolvi. Simili modo de eorum complicibus placet. — *h*) Similis infra tit. XXVI. ad Legem Iuliam de ambitu const. 1.

Tit. 15.

c. 1. Parricidas insui culleo mandat.

Tit. 16.

c. 1. Ordinat in haruspices prohiberi, et si qui cum eis societatem faciunt proscriptis in insulam deportari.

c. 2. Similis superiori: sed hic addit dicens vel qui eis ministraverit. Sed hoc in ri *i*) sive dixit ut templa conducta publica secundum ritum pristinum sacrificare.

c. 3. Duo hic capita proposuit: ne contra hominum salutem aliquid moliantur, aut castas religione ingenuas hominum mentes ad adulterii pollutionem invitas adducant.

c. 4. Similis superiori, sed hic addidit omnem paganorum sacerdotii ritum.

c. 5. Similis superiori hoc addit de his, qui necromantiam faciunt.

c. 6. Hic ad senatum vel his, qui honore potiti sunt, loquitur, ut si qui eorum non tantummodo magus sed *etiam* mago amicus de republica (?) negans sibimet ipsi proditionis artem securus abscedat;

---

h) Seqq. a man. sec. add. — *i*) Ita cod.

quodsi cognitus fuerit, proscriptis omnibus bonis suis, cruciamentis aptatus, eculeo suspensus poena mulctetur.

c. 7. In hac praecipit, nocturna sacrificia prohiberi. Similis superiori.

c. 8. Hic de mathematicis praecipit a q..... consulari.

c. 9. Hoc iubet haruspicinam in perditionem humanam non fieri. Similis constitutioni tertiae.

c. 10. Admonet, ut si qui maleficus repertus *fuerit*, sive infra (l. *intra*) urbem sive extra urbem, ordini senatorio infensus, urbanae praefecturae praesentatus severum de eo fiat examen.

c. 11. Ordinavit, ut quicunque audierit, viderit maleficium, publicet. Plane iterum admonetur, si quisque publicorum visum aut auditum celaverit, ultimum poenae supplicium non evadat.

c. 12. Hoc addit, ut ante caecum genium (?) reperti mathematici aut suos incendant perditionis (?) codices aut episcopo tradant, si cupiant vivere, quod si contemserint, pulsati non solum de urbe verum etiam omnibus civitatibus pulsi, deportationis mancipentur exilio.

Tit. 17.

c. 1. Admonet sepulcri violatores, si servus sua sponte fecerit, metallica poena plectatur, si cum iussu domini, exilio mancipetur, dominus vero ipsius confiscatis bonis ipsius, de bonis quod iubet, deo (?)k) iudex sententiam ferat.

c. 2. Similis superiori praecipit, ut qui sepulchrum violaverit, columnas ornamenti gratia abstulerit vel pro calce coquenda lapides distraxerit, pro columnis mulcta solus dominus columnarum feriatur, pro calce uterque libra *auri*. Quodsi forte oportunitate reipublicae monumentum destruxerit, eadem poena feriatur, quodsi dirutum sepulchrum terra sepelierit, duas libras auri mulcta feriatur. Plane si libellis episcopo datis labentia solverint, a poena esse indemnes. Admonet, ut si quis constitutionis contemtor exstiterit, viginti librarum auri poena plectatur. Simili modo iudicem esse feriendum, qui dissimulando investigare contemsit.

c. 3. Plus hic fieri iussit, ut non mulctam sed poenam animae l) patiantur.

c. 4. m) Similis secundae, sed hoc addidit, ut qui vendiderit alii pro ornatu columnas aut marmora decem pondo *auri* mulctetur. Addidit, ut qui corpora violaverit, eadem poena damnetur.

c. 5. Staque (l. *Istaque*) similis est superiori*bus*. Hoc distat, quod illae a christiano sunt editae, haec a pagano. Nocte sepelienda corpora.

c. 6. Hoc distat a superiore, quod mandat, ut corpora, sarcophago cooperta vel in urnis clausa extra civitatem sepeliantur. — n) Extra civitatem sepeliantur corpora.

c. 7. Iubet sepultum corpus de loco in alium non transferri siue peccatoris sive martyris, vel etiam corpora sanctorum nemo distrahat.

---

k) Ita Cod. Ceterum eorum, quae in extr. summ. referuntur, nihil exstat in Cod. Theod. — l) Huius rei nihil est in Cod. Theod. — m) Cf. Niebuhr. l. c. (Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. III.) p. 412. — ubi: .... *ornatu columnarum aut marmorum* editum est. — n) A secunda manu.

Tit. 18.

c. 1. De plagiariis loquitur, ut servus metallo damnetur vel *besti*is, liber conventus in ludo gladiatorio, antequam aliquid faciat, gladio puniatur.

Tit. 19.

c. 1. Iubet si qui morientis testamentum decurio vel codicillos bis *o*) scripserit, si falsitatis nebula deprimitur *p*), non prius honorem deponere, nisi probatio fuerit subsecuta.

c. 2. Iubet, ut dilatio fiat iudiciorum, dum testamentum fuerit accusatum, infra anni metas, quamdiu probabitur fides testamenti; quodsi falsum repertum fuerit, sententia iudicis vires obtineat in proferenda capitali sententia.

c. 4. Praecipit, habere accusatorem spatium an falsum vel..... satum testamentum *q*) et .... probaverit apud iudicem, iudicis est concedere, utrum al*terum* civiliter an criminaliter accuset. Quodsi accusator proposita docere non valuerit, antiquum iuris conciatur *r*) supplicium, id est capite puniatur.

Tit. 20.

c. 1. Secundum canonem iuris, qui praecipit, ut de una caussa duas actiones habens, criminalem, civilem, quam velit, experiatur, sicuti est de adulteriis.

Tit. 21.

c. 1. Haec constitutio in duobus dividitur capitibus *s*), in curialibus et in plebeiis, ut si decurio vel decurionis filius commiserit, in longinqua*m* civitate*m* damnetur, si plebeius, perpetuo exilio *t*) mancipetur.

c. 2. Similis superiori sed in hac constitutione multis capitibus referta sunt: primum de inquirendis et tradendis iudicio consciis confitentibus; accusatoribus ingenuis immunitate donata, servis libertate concessa, domini abs fisco percepto pretio. Miles *u*) si eorum reus fugerit, capite puniendus, si iam promotus sit, ad imperatorem referatur. In cuius domo fit, dominum exiliari in insulam, rebus ipsius proscriptis; quod si ignaro, domu*m* aut villa*m* tantum proscribi; perpetratoribus vero incola, liberto, ingenuo capitali poena imposita; quod si dominus inscius postea cognoverit et prodiderit et ipse et res suas ab exilio et a conscriptione sint immunes.

c. 3. ... tia similis superiori, sed dividitur in duobus capitibus: in proscriptione rerum et in poena legum.

c. 4. In multis capitibus dividitur: ut si in proximo fuerit dominus et cognoverit, tunc proscriptionem ipsius rei sustineat, si autem longe, minime. Secundum de viduis ac pupillis, ut *viduae*, si scierint tunc damnificentur, si autem nesciant, a dispendio longe sint; pupillis impuberibus veniam tribui; plane ipsorum tutores, si locupletiores fuerint, in quantum pupilli possent pati rerum suarum

---

o) Hoc v. interpres de suo add. — *p*) Ita Cod. pro *moveatur*. — *q*) H. l. aliquid excidit, fortasse *dicere velit*. — *r*) Id e. *infligatur*? — *s*) Ita Cod. saepius. — *t*) Hoc v. confirmatur Godofr. ci., qui in C. Th. *deportationi* pro *damnationi* legi vult. — *u*) A manu sec. add. *qui non nuntiaverint*.

dispendium, tantum damni de suis facultatibus damnum (del. *damnum*) patiuntur.

c. 5. Superiori similis in duabus partibus, ut proditor munus accipiat, reus poenam, qui solidos adulteraverit.

c. 6. Iubet flaturarios, ut si reperti fuerint argentum male aere dividere, debere eos capitali puniri sententia, dominos vero possessionum proscriptionem sustinere.

c. 7. In duobus divisa est capitulis, ut, si aurum privatum in moneta publica formatum fuerit, fisco societur; secundum, quod si se dignum condemnavit (l. *condemnatione iudicavit*), quia sua voluntate aurum in publico dedit.

c. 8. Haec contraria est superiori, in prima iusserat totum, hic duas uncias per libram.

c. 9. Paracharactas: falsos monetarios.

Tit. 23.

c. 1. Duas res praecipit, ut neque pecuniae vendendi caussa in alienis ab aliquo conflentur provinciali et ut sit custodia itinerum vel litturum; ut nulli viatori liceat amplius a mille follibus portare neque centenales (l. *centenionales*) vel maiorinas. Quodsi inventus fuerit, confiscatis rebus eius capite puniatur. Altero capitulo naves iubet pro commercio tantum enthecas *x*) exportare pecunias, aliae vero, quae plus ab enthecis habeant (evehant?), prohibeantur. Haec lex a Papianiψ descendit (?) *y*).

c. 2. Superiori contraria iubet centenionalem *tantum nummum* in commercium venire; aliud rursus iubet, decargyrum nummum penitus cum extraneis *non* commutari.

Tit. 24.

c. 1. Haec lex talem divisionem in se continet, ut, si qui non desponsatam sibi puellam rapuerit vel volentem *abduxerit*, puniatur, nec illi prosit puellae pro eo data responsio, sed etiam ipsa puella raptori aequalis fiat in crimine. Aliud capitulum inserit, ut si per nutricem aut per quemquam famularum vel servorum sollicitatio facta fuerit, poenam plumbi in ore infusi patiatur et aeque poena*m* puellarum raptores suos (l. *puellae, quam r. sui*) sustinea*nt*. Tertium caput adserit, quod nec illae sine poena sunt, quae rapiuntur invitae. Raptorem appellare prohibitum. Quartum caput: ut si servus prodiderit domino, latinus fiat, quod si latinus, romanus civis fiat. Quintum caput: ut si parentes de filiae raptu siluerint, deportationis poena damnentur. Iubet, quod ad successionem, quae rapiuntur invitae .... *z*) Gravissimum iudicium de raptu.

c. 2. Duas res disponit: raptor ut capitali supplicio pereat, servus ut flammis pereat.

c. 3. In hac constitutione iubet, ut qui uxorem per raptum acceperit, sit licentia anno (l. *accusandi*) cuique intra quinquennium, completo silere.

---

x) Cf. Ritter. ad L. 12. C. Th. de Oper. publ. (XV, 1.) not. *g*. — *y*) Dolendum est, extrema vv. ita scripta esse, ut intelligi nequeant. Sine dubio in vv. *a Pap.* latet nomen veteris scriptoris aut fontis alicuius antiqui iuris. Cf. de h. l. Specimen scripturae apud Maium, in quo tamen litera *a* syllabae *pia* minus bene expressa est. — *z*) A sec. manu.

Tit. 25.

c. 1. Aequum est delictum apud utrumque et qui viduam pro conjugio et qui sanctimonialem rapuerit.

c. 2. Similis superiori, sed in superiore de facto praecepit, hic de voluntate iudicavit.

Tit. 26.

c. 1. Praecipit, ut qui per ambitionem honorem sacri palatii voluerit, derogatis fisco ipsius bonis deportationis subiiciatur exilio. — *a*) Similiter supra Tit. ad L. Corneliam *de* Sicariis const. III.

c. 2. Iubet peractum semel honoris officium nullatenus repetere.

c. 3. Superiori similis; quodsi forte debito constringatur, persolvat.

Tit. 27.

c. 1. De iudicibus loquitur, qui se furtis et sceleribus polluunt probatis; ab eis codicillos auferri et intra plebeios deputari.

c. 2. Hic praefectis praecipit, ut si qui iudicium male gesserit, provinciam vel accedere vel ad aliam (?) non permittatur exire.

c. 3. In sta (l. *ista*) praecipit, ut si qui iudicum provinciam nudaverit, revocatus in eam sub probatione cum complicibus ablata male resti*tuat*.

c. 4. Similis superiori, sed hic adiecit poenam et in reum et in ipsorum suos posteros permanere.

c. 5. Quaerenda discretio inter cognitorem et iudicem. Iubet privatarum *litium cognitores* sportulas non accipere proque acceptis in peculatus poenam damnari.

c. 6. Dat licentiam cunctis avarissimos iudices accusare, apud principem in administrationis honore positum, post depositam apud successorem *b*).

c. 7. Similis superiori, sed hoc differt, quod superior de iudicibus provincialibus, hic de procuratoribus domorum; ut liceat unicuique suprascriptorum infra annum accusare, post annum vero non possint. — *c*) Nota: spectabilem esse comitem rei privatae.

Tit. 28.

c. 1. Similis sextae (*Tit.* 27.), sed hoc addidit, ut in quo doctum fuerit, animadversionis poenam sustineat.

c. 2. Similis superiori.

Tit. 29.

c. 1. Iubet eos pari poena damnari, qui meruerunt crimine contineri.

c. 2. Superiori similis, sed hoc adiicitur, ut si actor vel procurator sciens eum celaverit eum nec domino prodiderit vel iudici praesentaverit, concremetur incendio.

Tit. 30.

c. 1. Hic de equorum usu vel equarum loquitur, ut absque se-

---

a) A secunda manu. — *b*) Haec distinctio non reperitur in Cod. Th. — *c*) A secunda manu.

natoribus et designatis quibus praeceptum est, habendi potestas non sit.

c. 2. Pastores ovium, actores domus regiae pecoris equini habendi licentiam non liceat (l. *habeant)*, hoc totum ne latrocinentur.

c. 3. Superiori contraria hic praecipit, ut pastores porcorum equis insidant, sic tamen, ut si cognitum fuerit eos latrocinari, poenam facinoris sui suscipiant.

c. 4. Superiori similis, sed hoc iubet, ut etiam palatinis sit sedendi *d*) usus.

c. 5. *Ista* hoc praecipit sti ..... provinciae pastores equis non uti.

Tit. 31.

c. 1. Iubet nullum infantem tam curialis quam nobilis apud pastores nutriri.

Tit. 32.

c. 1. Iubet, ut qui amplius a consuetudine duodecimi cubiti in alveo fluminis excesserit, flammis exuri.

Tit. 33.

c. 1. De auctoribus seditionis loquitur contra rempublicam vel divinam (l. *disciplinam*) publicam; eos poena mulctandos.

Tit. 34.

c. 1. Duas res praecipit; ut ex inventis libellis nemo calumniam patiatur, qui vero adserit, sub inscriptione probare debet.

c. 2. In duabus partibus constitutionem dividit, unam, ut eis parcatur, qui famosos libellos ediderunt (l. *contra quos famosi libelli editi sunt*), postea admonentur, ut pareant (?).

c. 3. Accusatori sit licentia accusandi, libellos autem sine auctore repertos iubet incendi.

c. 4. Superiori similis, id est primae et ut habeat licentiam accusandi, qui veritate non captione praesumit.

c. 5. Superiori similis.

c. 7. Praecipit famosos libellos incendi; adiicit, ut si qui libellos famosos facit, non occulte faciat, sed manifestato suo nomine loquatur.

c. 8. Superiori similis.

c. 9. Haec constitutio duas res praecipit: ut inventor famosos libellos scindat vel incendat et nulli loquatur; quod si quis, qui inveniat, locutus fuerit, ut auctor criminis teneatur, quoadusque auctor fuerit praesentatus, aut ut auctor facti habeatur.

c. 10. Superiori similis.

Tit. 35.

c. 1. In hac constitutione praecipit, ut absque reo maiestatis, ubi excusatio non est, ab opsito crimine non defendatur (?). Aliud iterum caput: ut si quis subscriptionem principalem fingit, gravi poéna mulctetur, si autem palatinos, eadem sententia permanere.

---

d) Sc. *in equis* pro *utendorum equorum facultas.*

c. 2. *e*) Superioribus similis debitori (?) tantummodo parcere, si aliquis incurrat in ordinem suum exdetur ianibus (?), excusari autem reum maiestatis a poena non posse, licet iudicis sit periculum, qui auditam iniuriam iudicis non defenderit. Aliud adiicit, ut absque plumbatarum ictibus nullus decurionum sit indemnis amplius a decem primis.

Ad v. „*debitores — allectos*" Allecti legonte *) senatores ex populis electi. Antiquis in temporibus duo fuerunt genera senatorum, unum, quod ex patriciis descendit, at alterum, qui ex populo eligebantur."

c. 3. Non debere severam indagationem agitari in senatores. *f*) Iubet exceptos ad senatorum inquisitionem apportari.

c. 4. Iubet XL dies ante pascham ab omnibus criminibus sileri.

c. 5. Superiori similis. Quadragesimae tempore praecipit suppliciis.

c. 6. *g*) Dicit, nullum timere debere indignationem iudicis meritos uuēte confiden ... secutum aut innocentiae vires aut principum iussionem et corporales poenas timere (?).

c. 7. Iubet in Isauriam omni tempore vigorem legum in latronibus exercere neque in suprascriptis paschae diebus quiescere neque in ipsum sanctum paschale.

Tit. 36.

c. 1. Qui aliquem accusat, debet in accusatione persistere; quod si desierit, quarta bonorum mulctatus poenam legis incurrat.

c. 2. Iubet iudices dilationem praestare litigantibus et intra annum inscriptionem finiri. Quodsi accusator destitit, si nobilis est, poenam, quam leges imponunt, patiatur; si autem persona vilior, exilium; quodsi intra annum utraeque partes desierint, pro se amicabiliter absolvantur, et si documenta in longinquo sint, spatium in producendis accipiant, sic tamen, ut *h*) si superflua fuerint, non audiantur et iudex debet in accusatoriam partem ferre sententiam.

Tit. 37.

c. 1. Inter litigantes ita iubetur abolitionem fieri, si misericordiae caussa, non fraudis fit; quod si fraudulenta pactione abolitio fit, non debet admitti.

c. 2. In hac constitutione iubetur, ut antequam reus iniuriam custodiae aut catenarum aut verberum patiatur, abolitionem fieri; si vero postea, non admittatur. Plane si reus donaverit, manebit, sic tamen ut et accusatoris et rei unus in abolitione consensus permanserit; alia de capite iubet in maioribus criminibus, quae auctoritate tenentur, penitus tribui.

c. 3. Superiori similis, sed hoc differt a superioribus, ut nullus induciarum tempus speret, maxime accusator in documentis iudicio exhibendis.

c. 4. Superiori similis, sed hoc praecipit, ut reo invito, si petitor voluerit, etiam absolutio fiat intra XXX dies, sed si XXX. transierit dies, non est concedendum nisi reo volente. Testes in iudicio adductos solam iubet custodiae iniuriam sustinere et ut accusator sumtus det in producendo, et adiicit, ut, si licet plebeiorum tantum ingenuorum corpora tormentis subacta fuerint, iam non abolitio, sed serenitas iudicis in iudicio exprimatur.

---

e) Hoc summ. mendis laborat. — *) An λέγονται? — *f*) Seqq. non exstant in c. 3. C. Th. — *g*) Haec corrupte scripta sunt. — *h*) Haec desunt in C. Th.

Tit. 38.

c. 1. Iubet in aliis caussis indulgentiam tribui solisque, quos subter dinumerat, exceptis.

c. 2. Quae tyrannicis temporibus acta sunt, praecipit amputari.

c. 3. Absolvi praecipit eos in sanctae paschae diebus, qui levioribus criminibus sunt conscii.

c. 4. Superiori contraria; ibi iussit non absolvi gravi metu involutos, hic iubet.

c. 5. Haec lex ad senatum data est de eius culpis.

c. 6. Similis tertiae, contraria quartae et admonet, criminis incursum iterari non debere. — *i*) Dies in quibus reis in die sancto paschae carceres non aperiantur.

c. 7. 8. Similis superiori.

c. 9. Praecipit in hac constitutione, ut honoribus reverentia habeatur, ut nullus posthac honoratorum a iudicibus iniuriam patiatur in provincia (?) positis.

c. 10. Per hanc concedit indulgentiam omnibus relegatis, eos praeter, qui contra iudicum sententiam contumaciter ire voluerint.

c. 11. Militibus iubet reversis celerius tempore tyrannidis in matricula permanere, sero reversis aboleri. — *k*) De his qui se tyrannicae iunxerunt praesumtioni.

c. 12. Similis superiori, sed hic omnibus reis indulgentiam tribuit.

Tit. 39.

c. 1. Iubet accusatores intenta probare et non probata iudiciis suis cervicibus retorqueri.

c. 2. Adversum eos proposita est, qui aliena nomina sine probatione deferunt principibus, id est, delatores ... exilio .... maneat. — *l*) Dicit, non debere in hoc principum animos commovere, quod non possit quis probare.

Tit. 40.

c. 1. Celerius iudicem in quemquam non debere ferre sententiam, nisi manifestis signis testibusque convictus fuerit, ut negare, si velit, non possit.

c. 2. Metallo ludoque damnatos prohibet faciem ipsorum scripto foedari, nisi aut in manibus aut in suris.

c. 3. Reos levioribus culpis damnatos praefecto annonae traditos pistrino deputari. — *m*) In pistrina tradebantur pro levioribus damnati criminibus.

c. 4. Reis ante sententiam locus poenitentiae dabatur, quod per stam (l. *istam*) legem absterit, sed si qui convictus fuerit, legum sententiam non evadat.

c. 5. Similis tertiae, sed hoc addidit, ut qui pistrino traduntur, sub ipsius *praefecti* adspectu *tradantur*, non in absentia. — *n*) Item de his, qui pistrino traduntur.

c. 6. Similis tertiae.

c. 7. Pistrino damnatos nullam debere habere veniam, nisi cui concessum fuerit principali praecepto. — *o*) Idem neque per paschalem absolutionem.

c. 8. Christianum reum quanquam probatum ludo non deberi condemnari.

---

i — o) A secunda manu.

c. 9. Damnatum quemque *p*) sui delicti poena percutiatur, sed nec de alieno corpore in alieno damnari.

c. 10. Senatore delinquente nulli licere praeter principem de eo ferre sententiam.

c. 11. Militantem nullum in culpa repertum arenae damnari.

c. 12. Damnatos reos eodem loco puniri, ubi commissum videtur scelus. — *q*) Nota de relegatione.

c. 13. Damnatos principis iussu per XXX dies custodiae mancipari, non eadem mora damnari. — *r*) Damnatorum poenam in dies XXX differri praecipit.

c. 14. Apparitores iubet, ut si quid male exegerint, non tantum in praesentibus sed etiam in absentibus merere vindicta. — *s*) Nota de apparitore.

c. 15. Reum in iudicio damnatum per conscientiam iudicum a clericis eripi non debere, cognitum vero quicunque iudicum mulctae ... ficiatur.

c. 16. Superiori similis, sed hoc plus additum habet, ut si violentiam contra iustitiam iudex intesserit, episcopalis operetur defensio; iterum iubetur, ut si tempus admittit, a iudice provocare (?); quod si forte aut monachorum aut clericorum frequens molestia fuerit, aut ad praefectos aut ad magistratus referri iubet, etiam appellationis transacto tempore ad poenalem locum referri et si quid a clericis vel a monachis committitur, poena episcopis maneat. — *t*) Contraria titulo X. (?) const. 1. Nota de monachis.

c. 17. In hac iubetur, omnes res Eutropii exconsulis, eunuchi, confiscari, eodem Cypro in insula relegato, omnibus spoliato honoribus.

c. 18. Similis XII (l. *XI.*), sed hoc plus haec habet, quod sacri palatii ministros a calumnia malorum esse iubet immunes.

c. 19. Satellites in custodiam tradi, ipsorum res distrahi.

c. 20. Proscriptus quisque, si Romam introiverit, exilio deportetur.

c. 21. Contra Heraclianum, ubi praecipitur, tam ipsum quam complices eius capitali poena puniri, et ut habeat omnis sine metu prodendi fiduciam.

c. 22. Praecipit completo tempore damnationis aut exilii rursus non damnari.

c. 23. Superiori similis.

c. 24. In hac iussit, ut si qui Romanorum barbaris faciendi naves *peritiam* ostenderit, capitale perferre supplicium.

Tit. 41.

c. 1. Iubet provinciae *iudices* absque iussu principis bona non confiscare.

Tit. 42.

c. 1. Bona proscriptorum non omnia distrahi sed excipi, quae absque donationis collatione ante tempus criminis in uxorem facta vel in filiis emancipatis collata esse manifestatur. Alio autem capite praecipit de his, qui fisci actibus nexi sunt, ut uxor donationem in se factam illibatam teneat cum dote ante initium actionis, simili modo in filiis emancipatis facta donatio; post vero tempus

---

p) Ita Cod. — *q* — *t*) A secunda manu.

q·ptum (?) actionis fisco sociari; sed Caesarianis hoc beneficium denegatur.

c. 2. .... q..... locavit ... *aut* al*ia qua*cunque poena vitam compleverit, qui (l. *successio*) ad tertium gradum eiusdem heredibus deferatur *u*).

c. 4. Contraria secundae. Superior iusserat ad heredes, dudum (?) ad fiscum transire iussit.

c. 5. Adversus eos data est, qui aliquid de rebus proscriptorum occultant, ut, si divites sint, proscriptionem patiantur, qui autem egestuosi, capite puniantur.

c. 6. Damnatorum substantiam ad liberos transire decrevit, excepto maiestatis reo.

c. 7. Iubet iudicibus, qualiter in provinciis damnatorum proscriptio celebretur, ne quid privatianorum cohibitio minuat, sed cum destrictione notar ...

c. 8. Constituit in hac constitutione, ut si liberos habeat deportatus, semissem fiscus accipiat, semissem alterum filius accipiat; item ipse sex*tant*em, filii trientem vel nepo*tes*.... emancipatos non mereant, nisi in potestate siti; quodsi donationem elegerint, quidquid fiscus tribuit, aequis partibus dividendo. Hoc in dotibus etiam permanere. Quodsi filii ex filio sint, trientem in stirpem dividi. Si patrem ac matrem habebit, bessem fiscus accipiat, ipse (*deportatus*) duas, parentes duas uncias; quod si matrem, semiunciam, ... ius liberorum habebit. Item iubebit, si vidua fuerit aut solus pater, sextantem capiat; quodsi neque parentes neque liberos habebit, tunc sextantem solus accipiat, excepto crimine maiestatis, ni filios habuerit, sextantem filii nepotes accipiant. — *x*) Quid sit in stirpes. Nota bessem octo uncias esse. Nota de iure liberorum.

c. 9. In superiori *de* deportato praecipit, hic de tormentis occiso. Iubet filios in successionem venire, postea si nullus filiorum suus fuerit, filii ex filia in secundo gradu succedant, sic tamen, ut hereditas inter *eos* in stirpes, non in capita dividatur; quod similiter observabitur in filiis vel nepotibus, qui ab intestato ex duodecim tabulis succedant vel emancipatae filiae (?). Secundo capite praecipit ad tertium gradum descendere, si modo ex maribus descendat, ut ipsi semissem, fiscus semissem capiat. Secundo capite, si filios non habeat, tunc capite secundo pater ac mater in trientem succedat, bessem ut fiscus tollat, si tamen mater ius liberorum habuerit, tunc singulos sextantes parentes habeant; si non habuerit, pater quadrantem, mater unciam capiat; si patrem reliquerit, tantum trientem, si matrem solam, beneficio legis Papiae utatur (?), ut sextantem capiat. Iterum dicit in tertio capite, avi beneficio constitutionis iuventur, ut paternus avus ex bonis quadrantem capiat; etiam in tertio capite avo defuncti coniunguntur fratres vel sorores *y*), ita ut in capita non in stirpes dividatur, ut quadrantem capiant. Iterum commemorationem facit, ubi consanguinitatis agnatio permansit, duodecim tabulis locus sit, ut avus vel avia a legitimis vincantur, ut tres uncias aequaliter dividant; sed si omnes gradus parentum defecerint, tunc uterini fratres vel sorores vocantur.

c. 11. Praecipit damnatorum praedia confiscata a comite privatarum rerum neque nomen proscripti neque nomen principis in titulis positis figi.

---

u) Tertiae c. summaria fere deleta sunt. — *x*) A manu sec. — *y*) Cod. add. *coniungitur*.

c. 12. Praecipit, ut quorum res Tatianus fisco sociaverat, reddi.

c. 13. Superiori similis iubet, ut quae Tatianus fisco sociavit, vel quos proscripsit, vel si z) quid ad fiscum transitum faciendo princeps largitus est, bonis suis desolatis restitui.

c. 14. Omnes res Rufini decrevit in eo statu permanere, in quo ante fuerint pro .... deleto nullam facere mentionem.

c. 15. Constituit, marito proscripto uxorem dotem suam illibatam recipere, si prius, quam in culpam delicti in .... re te sociaretur, si tamen docere poterit, marito corporaliter tradidisse; adiicit, ut si proscripti bonis mixta sit a), eam recipiat, ut donationem, quam ante nuptias titulo donationis accepit.

c. 16. De Gildonis praediis solitam pensionem deberi persolvi debito impedito.

c. 17. Proscriptorum res infra biennium nullum debere petere, sive deportati sive quacunque morte praeoccupati sint.

c. 19. De rebus Gildonis, ut hi, qui eas praeoccupaverunt, sociatas fisco simplum restituant inlationis, qui si post constitutionem inferre neglexerint, ad duplam praestationem cogantur.

c. 20. Res tyrannorum vel satellitum eorum ordinat fisco sociari et ut tituli infigantur. De fructibus exactionem, quae a procuratore facta est, comiti largitionum accedere.

c. 21. Stilicone damnato iubet, ut nullus apud se ipsius aliquid celet.

c. 22. De eodem. „*Dederunt*“ sine .... fiduciam, ut quicunque tam patri quam filio aliquid aut donaverunt aut contulerunt, repetant.

c. 23. Octavae similis, sed hoc addit, ut nulli competat, sed totum fisco iungatur, si tamen heredes non habu*erit*.

c. 24. Hoc ex speciali generale praeceptum factum est. Superiori similis, item octavae, sed hoc addidit pro curialibus, ut si filios non habuerint, ad curiam transeant proscripti res; quodsi filios habuerit, nemo ei aliquid deripiat, si filia vel filiae fuerint, dimidiam partem accipiant; si interfuerint masculi, dimidiam partem curia tollat et alteram dimidiam aequaliter dividant.

Tit. 43.

c. 1. Postliminium patre revertente conceditur, ut et filium in potestate habeat et testamenti factio filii valeat, et si quae gessit filius sapienter, valere, minoribus vero tutore dato reverso patre rescissio tutelae fit; plane si prodigus fuerit, tunc ei curator, tanquam furioso praestatur,

Tit. 44.

c. 1. Eos lex praecipit, qui ad statuas fugiunt, ante decimum diem non discedere; ut, si iustam caussam habuerint, defenda*ntur*, plane si caussam in*iustam* cre*averint*, ultrici damnentur sententiae.

Tit. 45.

c. 1. Iubet, ut debitores publici ad ecclesiam fugientes, statim, dum ipsi occultati fuerint ab episcopo, pro eis exigatur antistes.

c. 2. Iudaei fugientes ad ecclesiam sive pro debito aut pro ali-

---

z) Paulo aliter C. Th. — a) Aliter C. Th.

quo crimine, volentes sub pratextu *christianitatis* effugere, non suscipiantur, nisi liberi facti vel a debito vel a reatu.

c. 3. Continet personas, quae confugiendo ad ecclesiam non tantum non suscipiantur, verum etiam tradantur.

c. 4. In ecclesiam confugientibus sit spatium non tantum in ipsa ecclesia, sed etiam termino ipsius habitandi et ut nullus armatus in eadem sit, ut in termino ipsius sanctae ecclesiae.

c. 5. Armatum servum in ecclesia introire vetuit, intrantem uno die dimitti praecipit, domino a clericis nuntiari, ut sic reddatur, nec in eo postea vindicetur. Quodsi armatus introierit, statim domino tradi et si ille luctaverit domino suo et dominus casu eum occiderit, non ullum crimen dominus patiatur. Quodsi ecclesiae custodes aut conniverint aut neglexerint, in conspectu episcoporum tanquam in plebeiis personis vindicari.

LIBER X.

Tit. 1.

c. 2. *b*) Donatas res vel mancipia cuidam a principe iure directo possideri debere, poena praeposita tam rationalibus quam rei privatae magistris, si quid contra iussionem legis facere tentaverint.

c. 3. Iustam caussam deberi tempore certo proferri fisci, si prolata non fuerit *c*), concremari debere; eodem modo praecipit et improbationis caussas.

c. 4. Similis primae, ut neque privatus fiscum (l. *a fisco*) neque fiscus a privato vexari (l. *vexetur*).

c. 5. Oppressos a fisco cavet haec lex defensari et pendente controversia vel lite inquietudinem non sustinere, quamdiu disceptatio fiat alicuius patrimonii et exinde nihil subtrahatur, *nisi re* plane comprobata. Si aliquid subtractum fuerit, tantidem mulcta feriatur.

c. 6. De appellatione contra fiscum data et recte refutata edicti tenorem praecipit custodiri, *d*) item ut infra annum quisquis experiatur.

c. 7. Haec superioribus contraria est, quia iubet fiscum iuvari, ne brevitate laedatur temporis, dum fuerit in agendo, aut per collusionem aut per brevitatem temporis exactum.

c. 8. Ad privatianos data iubet *e*), omnia praedia sive templis donata, vel quae iussione principum donata distractave sunt, rursus fisco restitui.

c. 9. Admonet non de rebus subiectis comiti privatarum aliquid contingi, nisi prius ad notitiam ipsius comitis pervenerit *f*).

c. 10. Iubet, ut qui male cum fisco aut contraxit aut aliquid mali consumsit, in quadruplum restituere debere.

c. 11. Colonos praecipit rerum privatarum decima indictione singulas praesentare centesimas.

c. 12. Iubet cypressos et excidi et plantari.

c. 13. Duas res fieri censet: ut et iudex publicus, dum caussā fisci agitur, cum comite largitionum redeat primum (?), secundum de spatio temporum aut pro institutionibus exhibendis aut pro probationibus.

---

b) Summ. c. 1. obliteratum erat. — *c*) Cod. *si . tanĩ f.* — *d*) Seqq. non exstant in Cod. Th. — *e*) Cod. add. *ut*, ut frequenter. — *f*) Cod. *per quem fuerit*.

c. 14. Quia praeceperat in undecima superiori constitutione, ut a colonis rei privatae singulae centesimae dari deberent, modo vero, nisi rationibus editis prioribus ad istam collationem sine praecepto principis non contingere (l. *constringi*).

c. 15. Omnia praedia iuris domus privatae, quaecunque aut per subreptionem aut per incubationem aut per praescriptionem temporis ablata sunt, ablata praescriptione fisci dominio vindicato revocari.

c. 16. Decimae superiori contraria; ibi in quadruplum iusserat intra anni spatium, hic in duplum intra tres menses; dicit etiam percusso mulcta officio, officio *g*) postea contra fugientes manere actiones.

c. 17. Susceptores ordinari non per ambitionem sed per deliberationem periculo procuratoris.

Tit. 3.

c. 2. Curiales prohibet praedia reipublicae conducere. Admonet etiam, possessiones civitati proximas non conduci.

c. 3. Conductorem priorem prohibet a secundo conductore removeri.

c. 4. Conductores, qui res fisci vel templorum aut conduxerunt aut possident, subiunctis cum inutilioribus augmentum habentibus *agros* teneant, quodsi noluerint, licitatione facta aut decurionibus tradantur aut antiquis dominis restituantur.

c. 5. Iubet loca publica seu intra civitatem seu extra, sive in moenibus vel in hortis salvo canone perpetua conductione teneri.

c. 6. Compescit palatinos iisdem praediis esse conductores, id est, ut neque per se neque per interpositam personam.

c. 7. Conductionem ita fieri iubet, ut sine iussione comitis privatarum, quantum fuerit caput in expensis aliis, sic et pensio eis minuatur, et iubet, nullum debere subripere in petendo speciali peraequatore supra scriptam ordinationem generalis.

Tit. 4.

c. 1. Praecipit vexatos iuris privati quosdam a procuratore privatarum debere sine metu querelam deponere.

c. 2. Actores reipublicae nullis necessitatibus debere terreri, qui iniurias a iudicibus sustinebant; quod nunc ablatum est per superiorem constitutionem Divi Iuliani.

c. 3. In criminalibus caussis colonos reipublicae ordinariis iudicibus per rationales praesentari, in civilibus per defensores.

Tit. 8.

c. 1. „Principale verbum hoc est, ut dum dixerat integro statu“, norit sibi domum donatam cum omni iure suo, sive in casis cum omni iure suo sibi donatam.

c. 2. Donatam sibi rem a principe propter subreptionem non prius possideat, nisi ad comitem rei privatae perducatur perlatio brevis confiscatorum, ne per subreptionem Caesareanorum aliquid publico minuatur.

c. 3. Iubet donatas res alicui ex iussu principis, si pulsatus

---

g) Cod. *percussum multam officium.*

fuerit, neque sine praesentia comitis privatarum inquietari debere, neque sine memorati personam (?) debet inquietus iudicio prasentari.

c. 4. Illorum res, qui sub tyranno agentes poenitentia ducti (?) proscriptae sunt omnes mobiles, licet sint donatae; praedia autem rustica cum mancipiis suis fisco iubet sociari.

c. 5. Vacantia fisco delata, non statim fisco socientur, sed palatini iureiurando electi, advocato fisci praesente inquirant, num caducum vel cuius caducum sit, vel cuius qualitatis vel quantitatis sit, et iubeatur publice clamari, utrum sit heres, an sine herede sit patrimonium; quodsi nullus fuerit aut possidens aut properans *h*) (?), tunc aerario societur cum nostra potestate (?), ut petentibus tribuatur. Quodsi per colludium aerarium fraudatum fuerit, executorum bonorum partem mediam publico sociari, et advocato fisci detrimentum, quod publicum patiatur, sustineri.

Tit. 9.

c. 1. Superius de corporalibus rebus locutus est, nunc de incorporalibus rebus iubet. *i*) Corporale est aurum, argentum, vestes, possessiones, equi, caussa aliqua debiti; titulosque praecipit publice ponendos.

c. 2. Similis quartae superioris tituli; in hac ..... dat, ut descriptionem factam omnium bonorum *k*) sub certa distinctione et traditarum brevis prae ... rerum principi omnium detur.

c. 3. Incorporationem decernit brevem omnium bonorum principi oblatam cum caussis omnibus sive cum debitis sive cum actionibus.

Tit. 10.

c. 1. Similis sexti tituli est noni libri.

c. 2. Iubet delatores in furcarum *l*) deberi ....

c. 3. Iubet delatores nullius res deferre in publicum, ne innocentibus dolor accrescat, dum sint leges vel iura, quae sibi delata caduca defendant.

c. 4. Iubet nullum occulte res innocentum nec publice nec absconse dela*ta*re *m*).

c. 5. Praecipit, a principe res duobus hominibus donatas illum possidere debere, cui primo largitus est.

c. 6. Donationes a Constantino factas iubet valere.

c. 7. Palatinos reipublicae prohibet delationis libellos accipere vel ad comitatum venire, nisi prius ab ordinario iudice inquisiti manifesti fiant.

c. 8. Superiori similis, sed hoc addidit, ut si manifesta fuerit delatorum vox, audiatur, sin minus, hi, quibus princeps aliquid largitus est, a damnis sint immunes.

c. 9. Petentes aliquid de fisco non prius delatores accipiant, nisi docere valuerint esse caduca.

c. 10. Similis primae.

c. 11. Duas res in hac constitutione praecipit, ut mandatis literis cum fidelibus *n*) de officio rerum repertorium fiat; deinde, si cognitum sit, caducum esse, inventario transmisso principi referatur.

---

h) Seqq. mendose scripta sunt. — *i*) Memorabilis rerum corp. explicatio. Cf. Gaius, Inst. Lib. II. §. 13. — *k*) C. Th. mendose *omnem bonorum*. — *l*) C. Th. *Capitali sententiae subiugetur*. — *m*) i. e. *deferre*. Cod. *delare*. — *n*) C. Th. *Certi*.

c. 12. Ordinat non ante quemquam in patrimonio quasi caduco introduci a iudice sibi ab imperatore largito, nisi demonstret, a quo sibi collatum sit; quod praeceptum non solum in generali, verum etiam in specialibus custodiri debere. Quodsi delator non comprobaverit, capite puniatur, iubetque non statim introduci, sed in provinciam mandari ubi patrimonia constituta sunt, et dum probatus fuerit delator, iniuste apud innocentem ac honestum invidiae delatoriam deposuisse, sui facinoris in delatorem innocens poenam retorqueat in eodem loco, ubi fuerat accusatus. Quodsi in bonis caussis tertio repertus *fuerit*, capite puniatur, ac si docuerit.

c. 14. Nullum iubet imperatoris auctoritate beneficium consequi ab officio comitis rei privatae, nisi cum sua iussione.

c. 15. Reos maiestatis damnatos proscriptis et eorum rebus sine iussu principis comitem rei privatae nulli debere concedere; sed si spontanea fuerit in largiendo principalis voluntas, tunc valere res, et si extediatus fuerit princeps, ut eas videatur concedere, datum praeceptum sacrae non valere.

c. 16. Praedia, quae sacri tectis palatii destinata sunt, non debere alicui concedi.

c. 17. Servus, si delator exierit et domino (l. *exstiterit domini*) ac si probaverit, puniatur; hic absolute praecipit, superius distinxit in titulo sexto viiij libri.

c. 18. Delatorem iubet non audiri, ac si rationabilia pro tempore supplicet.

c. 19. Superior generalis, haec specialis ad Alexandrinos data.

c. 20. Amputat delatorum vocem, ut pro tacita fideicommissa mancipiis vagantibus possidentibus inquietudo praestetur (?), vel, nisi cum delatore relatio non mandetur. Quodsi probaverit, non exuatur a crimine, qui si non poterit iterum probare, poena superius proposita percutiatur.

c. 21. Similis quartae in octavo titulo, sed in ista haec praecipit, sed usque ad secundicerium prohibet, non a primicerio, ut sursum iubet.

c. 22. Non prius principis iussa allegari, nisi delator iudicio praesentetur; officium contemtor quinquaginta librarum auri mulctetur.

c. 23. Sextae (l. *Septimae*) decimae constitutionis similis noni libri tituli quadragesimi secundi, ut bona proscriptorum, vel qui sententiam publicam sustinuerunt, eorum res distrahi infra (l. *intra*) biennium non debere.

c. 24. Possessiones templorum, reipublicae vel patrimoniales, quae subtractae sunt, de iisdem delatorum nullus praecipit ut loquatur.

c. 25. Fugientes hostilitatem barbarorum, de Illyricis fugientibus in aliis terris nulli liceat servi (del. *servi*) iugum servitutis imponere; ut non liceat sive in Illyricum sive aliam quamcunque provinciam sint positi, deprimere servituti.

c. 26. Similis iij et XX.

c. 27. Si aliquis ex praesenti die sive per se sive per alium precibus depositis bona fisci vacantia, tanquam caduca petierit et in provincia ad provinciam dominus earum possessionum repertus fuerit, hoc in transmarinis partibus domino resistente, eidemque (l. *eidem*) domino conceditur induciarum anni spatium fuisse concessum (del. *fu. conc.*) iubetque ut omnium iudicum iuvetur auxilio. Plane si intra annum non occurrerit in comitatu, praecepti percussus sententia sit; quodsi non suo vitio, sed impugnantium voluntate moratus in veniendo fuerit, in impedientem iudiciorum debet ferri sen-

tentia, ac delatorem praecipit pro probatione infra anni metas comitatui sui exhibere praesentiam; plane si vicina fuerint praedia, de quibus iurgium geritur, intra sex menses a die conventionis debent praeceptorum statuta firmari.

c. 28. Delatores praecipit, ut si semel delata probaverint, vel secundo, veniam mereantur, tertio vero non probato poena plectantur.

c. 29. Viventium res admonet per subreptionem non competere, nisi qui reatus delictum incurrentes aut proscripti aut deportati sunt, sic tamen, ut et eorum post biennium *demum competat*. Plane petitorio oblato describi debere. Si qui vero famosum titulum fuerit accusatus, non patrimonium perdat, sed summam (*famam*); quodsi forsitan alicui de re privata denegatur, exinde nullum (*nulla?*) moveatur iurg*andi* licentia, quum non debet palatina versutia aliorum facultates inquirere.

c. 30. Prohibet haec lex bona defunctorum dari competitoribus, qui consanguineum relinquunt ex quacunque linea intestatorum. Subiungit aliud caput; quodsi dicatur turpis vitae esse et non doceatur, ipsius res non debere concedi ipsumque delatorem iubet non fideiussorem dare, sed a palatinis custodiri. Haec in fine similis VI et XX.

c. 32. Caducorum res petitas iubet cum fisco suo dividere, exceptis templorum et aliorum patrimoniorum, reputatis impensis omnibus, servata in omnibus possessionis antiqua substantia, ut si cognita sint omnia integra fuisse, delator sui delicti poena damnetur. Admonet fisci advocatos ab hac defensione prohiberi, in tractato vero proesse (?) defensorem, ut si post compositionem petitor siluerit, ab eo partem suam fiscus exigat.

c. 33. Delatoribus depressis etiam servorum rebellionum depressa contumacia dominis *iura* tradere oportet.

c. 34. Cubicularios iubet, ut si quis aliqua bona defunctorum petierit, mediam partem sibi fiscus defendat. XXX. similis. Hic specialiter, illic generaliter iussit, ut omnis pars a competitore vindicet*ur*.

Tit. 11.

c. 1. Duo inseruit capita; unum in *ex*traneo, cui dimissum est tacitum fideicommissum; fisco *si* ipse prodiderit, tertiam partem de omnibus rebus accipiat; alterum ut si uxor, et medias accipiat et ipsa prior sibi a fisco eligat.

Tit. 12.

c. 1. De vaga petentibus mancipia. Si iuste petierint, eis conceda*n*tur, ut ipsi ea distrahant, non delatores. Addidit aliud: quodsi a prioribus dominis distracta vel occultata fuerint, ultio eos maneat statuta.

c. 2. Petens quisquam vagum mancipium, non prius audiri debet, nisi gesta confecta solenniter delatorem monstrant. — *o*) De praesentatione mancipii. De poena delatoris.

Tit. 13.

c. 1. Praecipit actorem, id est, petitorem, si pulsaverit possidentem et ipse deesse voluerit cum delatore conventione pulsatus tertia, sumtus et litis expensas reddere compellatur.

---

o) A sec. manu.

Tit. 14.

c. 1. Si qui largitatem principis pariter acceperint, socio moriente si filios non habuerit aut parentes, alter in eiusdem locum debere succedere.

c. 2. Superiori similis, sed hoc .... debitis coniuncti.

Tit. 15.

c. 1. Iubet fisci advocatum, ut neque de publico aliquid occultet, neque etiam privatis molestiam calumniae inferat.

c. 2. Licet caussa privatorum maior sit apud principes quam fisci *tutela, praecipitur tamen*, quodsi plures et (del. *et*) caussas fisci peregit et (l. *peregerint, is qui)* probatus fuerit in omnibus melior, prioribus praeponatur.

c. 3. ... tertia iubet advocatos fisci utiliter caussam reipublicae pertractare; quodsi per colludium caussas reipublicae omiserin*t*, protrahendo tempus, omissa de suis fisco facultatibus restitua*nt*.

c. 4. Haec lex iudicibus data est, ut quae caussa fisci geritur, probatis caussidicis tribuant.

Tit. 16.

c. 1. Catholicos (l. *Per diacatochos*) fiscalibus rationibus dilapidatis *patrimo*nia eorum vendantur, si satis non fecerint, quod .... qui propositis .... nea aut ... quam summam reddere compellantur, vitantes(?) compar .. securi ad hastam accedant, hoc tantum propositum pretium persolventes.

c. 2. Praecipit, ut si aliquis fisco debitis obnoxius sit, de suis facultatibus restituat salvo praeiudicio, ut dum compleverint, liceat eis contra debitores suos actionem experiri.

c. 3. Brevis inventa inter chartulas deportati sine documentis testium non valet.

c. 4. Exactor vel debitor faciens cessionem rerum suarum, non audiatur, sed omnes tractatus persolvat.

Tit. 17.

c. 1. De consumtore rerum fiscalium. Res ipsius sub auctione positae distrahantur. Quodsi iterum fiscus eas velit restituere, non audiantur, id est priores domini, quia nec minorum aetate positorum rebus distractis subveniri potest.

c. 2. Similis primae XVI. tituli iubet auctione facta vel proscriptione temporis tanti (l. *pretium tantum*) dare, non amplius.

c. 3. Proscriptorum res vel debitorum minus distrahi non debere. Quodsi quidam a privato comparans pretium integrum persolverit, sit iure dominus; sin minus, non. Hoc dicit, quia grave est, ut neque fiscus debitoris res perdat, vel ipse debitor suas.

Tit. 18.

c. 1. Thesauros repertos medios fiscum, medios inventorem iubet accipere.

c. 2. Praecipit thesauros, ornamenta reperta inventorem lucrari; aliud iterum iubet, ut si qui in suo solo repererit, totum habeat; si qui in alieno, quartam partem ....

c. 3. Superiori similis.

Tit. 19.

c. 2. Superiori similis.

c. 5. Iubet, ut ubicunque inveniantur metallarii producantur, seu in privato seu in paf (?) dominio.

c. 6. Hic de argentariis loquitur.

c. 7. Praecipit, ut quemadmodum Valens per Orientem omnem, eos, qui auri metallum quaerunt, revocandos; ita etiam iudices admoneri per Illyricum, ut unumquemque repertum suae restituant provinciae.

c. 8. Iubet senatores ut eruendi vel exsecandi de suis lapidicinis *potestatem habeant*, sine metu aliquo, quod velint.

c. 9. Praecipit primo, ut nemo de aurilegulis transmearent, quod nunc secunda constitutione confirmat*ur*. *p*) R. Quid sint aurileguli.

c. 10. Quicunque sub terra laboris inquisitionem pro lucro succenditur (?) fisco partem decimam, domino Valentiniano *q*) offerat decimam.

c. 11. Superiori similis.

c. 12. Iubet septenos scripulos per annos singulos ab aurilegulis comiti largitionum inferri.

c. 13. Haec contraria est secundae, quia ibi praeceperat, hic compescit.

c. 14. Iubet nullum adserentem saxa obruta effodere, ne dum effodit, aliena tecta diruat.

c. 15. Metallaria praecipit ad propria remeare; rursus iubet, et si de domo rei privatae filios procreaverint, dimidiam partem filiorum fiscus capiat, alteram pater.

Tit. 20.

c. 1. Monetarios iubet in sua conditione permanere nec dignitatem perfectissimatus habere.

c. 2. Iubet gynaeciarium mancipium qui non praesentaverit, exigi *quinque auri librarum mulctam.*

c. 3. Ingenuae mulieres, quae se gynaeciariis iungunt, trina denuntiatione deposita mariti sequi conditionem.

c. 4. De bastagariis.

c. 5. Si quis uxorem de conchylegulis acceperit, ipsorum conditioni accedere.

c. 6. Iubet praesentari omnes linteones, nullum excusabilem faciens.

c. 7. Qui aliquem ex familia gynaecei occultaverit, iubet quinque libras auri mulctari.

c. 8. Sextae similis; hic poenam addidit occultantibus. *r*) Linteones: lintea facientes. *)

---

q) A sec. manu. — *r*) Insignis est haec solius Valentiniani commemoratio, quae indicat h. summ. in Occidente scripta esse. — *) Reliquae Libri X. constitt. summariis destitutae sunt.

LIBER XI. [s])

Tit. 1.

c. 37. Nota de speciali beneficio duorum sine *libera*litate der .. et ...

Tit. 5.

c. 1. Si aliquid amplius fuerit exactum, futurae indictioni prodesse. Habet*ur* hoc libro similis tit. 1. c. 29.

Tit. 7.

c. 1. Similis Lib. XII. Tit. 1. c. 117. Similis hoc corpore *eodem* tit. c. 21. Tit. 7. sequenti, c. 1.
c. 2. Similis Lib. XII. *Tit.* 1. c. 181. (l. 186.)
c. 3. Nota de debitore non mittendo in custodiam. Similis c. 7.
c. 4. Similis Tit. 9. c. 2.
c. 7. Nota de debitore pignerando.

Tit. 12.

c. 3. Similis hoc libro tit. 13.

Tit. 14.

c. 1. Similis lib. ......

Tit. 16.

c. 14. Nota de excusatione eorum, qui in palatio militant.
c. 15. Nota quae sint sordida munera vel qui excusentur.

Tit. 26.

c. 2. Similis Lib. XII. Tit. 6. c. 26.

Tit. 29.

c. 1. Similis Lib. I. Tit. 34. c. 1. [t])
c. 2. Alibi non debes. Nota: Similis et in (?) Ti. c. ......

Tit. 30.

c. 1. Iubet iudicem infra (l. *intra*) decem appellationis dies litigantibus apostolos dari; quodsi literae contrariae sint uni parti, eas refutet infra (l. *intra*) quintum diem. Sed decem memoratos dies continuos esse debere; simili modo alios quinque dies.

c. 2. Appellatorem iubet, postquam provocaverit, non debere aut custodiae iniuriam vel carceris sustinere in civilibus caussis; in

---

s) Priorum XXIX huius libri titulorum summaria ubi exstant, a secunda manu adscripta sunt literis uncialibus minoris formae. Tamen multarum constitt. nulla summaria haberi, et ex c. 37. summario, quod primum est, perspicitur et ex Titt. 2—4, 6, 8—11, 13, 15, 17—25, 27, 28. Memorabile est, quod *leges imperatorum* hic *constitutiones* vocantur. Cf. XI, 36, 15. XII, 1, 32. — t) H. l. videtur Lib. I. genuini Cod. Th. proferri. Si vera est lectio, complures titt. illius libri desunt; tamen puto librarium errore lapsum scribere voluisse Lib. XI, tit. 30, c. 1. aut Lib. XV. Tit. 1. c. 2.

caussis vero criminalibus, ac si appellaverint, in custodia remanere, sic tamen, ut appellatio (l. *appellationes*) ipsorum suscipiantur.

c. 3. Praecipitur iudex, ut appellatione soluta principis iussu ad eundem iterum revocatas rectorem edicto posito finire debeat caussas.

c. 4. Officio praecipit, ut oblatos appellationis libellos suscipiat.

c. 5. Post appellationem susceptam praecipit iudicem de ea caussam non movere.

c. 6. Appellari prohibet necdum data sententia. Plane *u*), si genus ei actionis negatum est vel instructio suppressa est, ipsum autem puniri iudicem iubet, et quantum pars eius *est*, qui opprimitur, ut iudicis pro aestimatione fisco mulctam inferat; alteram vero partem, qui cupit praemio appellationem vel gesta confecta dirumpere, quantum est caussae meritum, tanti damnari debere.

c. 7. Litigantibus licet sine conscriptione libellorum voce appellare, ubi necessitas fuerit.

c. 8. Primae similis. Superius de privatis, hic de fiscalibus loquitur. Praecipit post dictam caussae sententiam intra vicesimum diem ad comitatum debere transmitti; fisco vero alios viginti dies addidit.

c. 9. Contraria tertiae prohibet caussam in iudicio (l. *iudicium*) rursus iudicis revocari. Adiicit, ne ad opinionem iudicis postulatam princeps sententiam ferat, nisi documentis et testibus perspectis.

c. 10. Nominato iubet ad curiam, si sciens appellaverit, ex eo duorum mensium temporis spatium concedi, ex quo in ipsius pervenit notitiam; nam praesenti cognoscenti statim ab eodem die idem spatium computari debere.

c. 11. Prohibet omnes proponere, quod probare non possunt. Pro qua re instrumenta certa in iudiciis proferre necesse est.

c. 12. Similis septimae. In nominatione curialium sufficit et voce nuda appellare.

c. 13. Nonnullorum iudicum sententias refutatas non ad principem sed ad praefectum urbis eas offer .... *x*) Nota de vice sacra.

c. 14. Arcet debitorem fisci per appellationem debiti executionem eludere. Iubet, ut si suam praesentiam intra XX *y*) dies non praesentaverit, appellatio vacuetur.

c. 15. Praecipit litigatoribus, ubi viderint, caussam suam vulneratam fuisse, appellare et nullam iniuriae violentiam tolerare, quia licet unicuique pro caussae extremitate ferre remedium.

c. 16. Ab omnibus personis iudiciariis lege memoratis appellari permittit. Ut apostolos appellans accipiat. Ad praefectos (l. *A praefectis*) vero appellari non debere praecipit. Ut appellans ad praefectos vadat. Ut victus caussam suam perdat, victor vero contra iudicem agat. Ut principali iudex mulctetur iudicio.

c. 17. Appellationis perdito tempore sileri debere; quodsi principem *qui appellationem omisit* adierit, deportationis patiatur exilium.

c. 18. Iubet rationalibus iudicantibus pro privatis, dum appellaverint, factis apostolis ad praefectum urb. debere transmitti.

c. 19. Curiae nominatum debere intra duos menses appellare. Decimae similis.

---

u) Add. *supplicare licet.* — *x*) A secunda manu. — *y*) Numerus XX non commemoratur in C. Th.

c. 20. Iubet in civilibus seu in criminalibus caussis iudices appellationem suscipere.
c. 21. Similis xiiij.
c. 22. Iubet praesidibus admonitis appellationem suscipere.
c. 23. In hac praecipit a praefecto urbis ad principem appellare.
c. 24. Primae similis; sed hoc plus est, quod ibi diem statuit, hic absolute locutus est.
c. 25. Iubet iudices ordinarios oblatam appellationem suscipere, exceptis duobus capitibus executionis vel praeiudicii, sed a sententia.
c. 26. Si qui male fuerit addict*us t*am in bonis vacantibus quam in caducis, audiri debere.
c. 27. Hic demutationem fecit a praefecto urbis ad praefectum praetorio. Contraria XIII.
c. 28. Iubet a rationalibus appellatum (l. *appellatorem*) infra (l. *intra*) XXX. diem ad praefectum deduci; in provincia XX dierum spatium reservari.
c. 29. Appellationes vicario urbis oblatas debere suscipi et intra XXX dies cum apostolis principi transmitti.
c. 30. Similis vij et X.
c. 31. *Rect*ores provinciarum condemnari praecipit, qui relationes aut contemnunt aut morantur.
c. 32. Iubet ordini civitatis Karthaginis appellationem suscipere.
c. 33. Adversus iudices, qui hanc legem contemserint.
c. 34. Si qui consultationem sequitur, idem (l. *item*) investigat, mediam partem litis aestimatae omittat, iudex vero ignominia oppressus X libras (*librarum*) auri mulcta feriatur.
c. 35. Monet quemadmodum consultatio fieri debeat.
c. 36. Si in caussa litigantium aliqua nascatur ambiguitas, unde iudicari non potest, oportere dari inducias.
c. 37. Praescriptionibus a iudice reiectis debere pro iisdem appellari.
c. 40. Contra sententiam, quae de libello pronuntiatur, appellandum. — Nota, sola voce appellari.
c. 41. Rationales fisci caussam suscipere debere fisci advocato praesente, ut si fuerit appellatum, ad praefectos appellatio dirigatur, quodsi a praefectis, ad principem vel comitem largitionum.
c. 42. Superfluam appellationem iudicem suscipere. — z) Nota, quod dicit: „reliquum negotium audiret", quasi dat intelligi, post iam coeptum negotium posse appellari, quod Novella Valentiniani dicit sub tit. de fori praescriptione: aut *inter*locutione appellari potest. *a*)
c. 43. Appellatoribus, nisi a principe, imponi non debere poenam.
c. 44. In VII et XX (l. XXV) praeceperat ex praeiudicio et exsecutione; in hoc praeiudicium addidit.
c. 45. Appellationem a discussore vel a rationali factam ad comitem rei privatae debere perduci; quodsi longinguitas itineris fuerit, iudex provinciae audiat.
c. 46. Similis iiij et X (XIV), sed hic iubet intra provinciam intra XX dies cognoscere.
c. 47. Similis iiij et XX (l. XXXIV). In superiore iusserat, nullum litigatorem venire *ad comitatum sacrum;* hic addidit, ut si

z) A secunda manu. — *a*) Memorabilis locus de Novellis Valentiniani. Intelligitur §. 8. Nov. 4. Th. Tit. de Amota milit. fori praescr. (ed. Berol. p. 1240.)

intra annum responsum litigatores non acceperint, debere *eos* intra annum collectis gestis vel omnibus documentis ad comitem venire.

c. 48. Qui appellaverit, provocationem suam impleat.

c. 49. Hic summam caussarum praecipit, quam rationales audire debeant, etiam quam comites reipublicae audiant.

c. 50. Iubet mulctari actorem, qui ante actorem (l. *procuratorem*) suum compulit appellare.

c. 51. Iubet iudicem appellationem respuentem in necessariam caussam (l. *in necessaria caussa*) triginta libras auri mulctari.

c. 52. Non nisi (del. *nisi*) debet ad comitem caussa pervenire, nisi de ea re prius praeses iudicaverit.

c. 53. Nominationes factae sine publicis libellis vel edictis non valeant.

c. 54. Similis VII et XL.

c. 55. Dicit ante primum iudicium non indigere caussa (?), sed postea, quando controversia peracta fuerit partium, hoc iubet actorem ex infirmitate iudicantis non debere torpescere.

c. 56. Qui appellationem offert, post triduum, non ex quo sententia dicta est, sed post oblationem legitimam, quodsi poenituerit appellatorem, concedi ei fiducia (l. *licentiam arbitrium commutandi*). Contraria viij et XL.

c. 57. Iubet reos pro criminis qualitate damnatos nulli clericorum licere defendere; quodsi temporis est, appellare eos debere.

c. 58. Licet a suspecto iudice appellare, a praefectis vero sine dispendio nemo appellare poterit.

c. 59. Iubet iudicem appellationem refutantem XXX libras auri mulctari.

c. 60. Superiori similis, sed partem VII et XX (l. XXIV) habet.

c. 61. In iudicio vicarii urbis Romae inscriptus si appellaverit, ad principem debere nuntiari; quodsi caussa criminis non est, sed invidiae, libellum (l. *libellus*) appellationis cum apostolis ad praefectum urbis dirigantur (l. *dirigatur*).

c. 62. Ut apud Africam legum pristina appellationis iura serventur. Praefectus gentilium si appellaverit (l. *A praefecto gentilium si appellaverint*) ad proconsularem cum apostolis appellatio transmittatur.

c. 63. Praecipit, ut secundum constitutionem editam datis iudicibus a praefecto praetorio, sive in civitate, ubi sunt, sive in provinciis, finitis mensibus duobus tempus appellationis compleatur, etiam reparationem appellatoris fieri intra XXX dies, in longinquis vero provinciis intra sex menses.

c. 64. Octavae similis; sed hic posuit, si infirmitate praegravetur aut iudex aut litigator.

c. 65. Praescriptiones in exordio caussae opponi oportere et ab prolocutione non appellari, sed a sententia iudicis. Appellationem intra menses duos debere suscipi et intra XXX dies scriniis publicis debere mandari.

c. 66. Sententiae omnes iudicum appellatione suspensae sive per transactionem vel si transactio facta non est, consultationes principibus offerri debere iubet et post biennium *b*), si responsum non acceperint, ad comitem venire.

c. 67. Appellatio*nem* oblata*m* iudici, quae praefectis praetorio ut praefecti urbis auditorio dari debeat, si non susceperit iudex et

---

b) C. Th. *annum.*

apostolos non dederit, conveniendum esse adversarium intra anni metas, quod spatium habeat litigator; quod si non susceperit *appellationem, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio*, intra sex menses; quodsi iudex aut appellationem dare (l. *recipere*) aut relationem *dare* noluerit, intra quattuor menses.

c. 68. De duobus capitibus sileri praecipit, de pensionibus et de competitionibus; de ceteris vero caussis ad proconsulem appellari debere.

Tit. 31.

c. 1. *c*) In appellatione iubet intra tertium mensem recidi, num habere appellationis auxilium. Aliud praecipit, ut si nimium fuerit, intra XXX dies.

c. 2. In priore enim *induls*erat reparationem ap*pellationis* intra tres menses. In alio capite iubet, ut si transactum fuerit reparationis auxilium, beneficia iuris *sub*veniant, quibus aut infirmitas iudicis aut reipublicae negotium impedivit.

c. 3. Superiori in capite similis, quodsi hoc factum utrumque non fuerit, appellatio (l. *sententia*) valeat. Hic memorat de pedaneis iudicibus vel de magistratibus, ut si festinatio fuerit, duo menses, si sine appellatione (l. *appellatoris studio*) XXX dies.

c. 4. Superiori similis, sed hic hoc praecipit, ut intra tres menses appellationis recidivum impleant officium aut prolatam impleant sententiam.

c. 5. Exploratio debet fieri, cuius partis auxilio egeat, ut intra memoratum tempus appellationis reparatio impleatur, iubetque litigatorem cum officio pergenere (l. *pergere*) in locum ubi manet, si subterfugerit, ut eum conveniat. Quodsi fugerit, invento ipsius nomine ei conventionem tradat et hoc impleto curator aut magistratus suis literis curabit insinuari. Quodsi deesse voluerit conventus, in contumacem sententiam proferat.

c. 6. Reparatione facta intra tres menses adversario debet innotescere per conventionem continuatos.

c. 7. Possessori intra menses tres si appellationem non reparaverit belli tempestate, debere ei subveniri.

c. 8. Nomiuatus ad curiam, si temporum lapsus inciderit, intra XXX dies reparationis auxilium capiat.

c. 9. Appellatoribus haec data est, non custodientibus iudicia, ut custodiatur eis praefinitum legibus tempus .... secundae appellationis auxilium; ut si in eadem provincia, menses tres, in longinqua quattuor, ita tamen, si sententiam iudicis appellatio repellat, praefectus sententiam praecipit (del. *sent. praec.*) ad primam reparationem petendam addi praecipit alios tres menses. Qui non petierit in secunda reparatione appellationis. Superius addit de iudice, de actore; *d*) modo de scholastico loquitur, id est pa .... *in*tra novem.

Tit. 34.

c. 1. Iubet eos in insulam deportari, qui perditae contestationis legibus concessum primum et secundum tempus (l. *perdito c. l. concesso primo et secundo tempore*) litem reparare tentaverint.

---

c) Summ. corrupte scr. — *d*) Sequentium ne verbum quidem exstat in Cod. Theod.

c. 2. Praecipit his, quorum in negotio a praefecto urbi vel a proconsule dicta sententia est et non provocaverunt pro metus caussa, rursus reparationis abesse (l. *adesse*) subsidium.

Tit. 35.

c. 1. Mortuorum litigantium heredibus praecipit alios quattuor menses ad notionem concedi.

Tit. 36.

c. 1. Inaniter provocantes (l. *provocantibus*) auxilium denegari, et significat personas, homicidam, adulterum, maleficum vel veneficum.
c. 2. Propter praeiudicium non appellari vel ab executoribus.
c. 3. Superiori similis, sed hoc hic additum est, e) ut appellans contra sententiam dictam iudicis intra triduum appellare debere (*debeat*).
c. 4. Primae similis f).
c. 5. Similis secundae.
c. 6. De civilibus caussis appellationem oblatam debere suscipi, in privatis (*fiscalibus*) rebus *vel rei* privatae ob debitum omnino repelli.
c. 7. Primae similis.
c. 8. Similis iiij et X (XIV) tituli XXXII (l. XXX).
c. 9. Haec de debitoribus rei privatae iubet.
c. 10. Qui contra fisci utilitatem appellat, quinquaginta pondo argenti mulctetur.
c. 11. Similis secundae.
c. 12. Similis octavae et quartae decimae tituli XXXII (l. XXX).
c. 13. Poena feriri officium, qui (l. *quod*) suprascriptam legem contemserit.
c. 14. Primae similis et praecipit in scelere convictum puniri, non appellare.
c. 15. Similis secundae, sed hic poenam addidit in eos, qui vim constitutionis despiciunt.
c. 16. Similis superiori.
c. 17. Hic iubet, nullum officialem a sententia iudicis provocare, nisi tantum in caussa patrimonii, quae apud suum iudicem invocavit (l. *inchoavit*).
c. 18. Similis quinquagesimae XXX. tituli, sed in finem XI. g) similis est.
c. 19. In nona nisi de debitoribus locutus est, hic de rationes non reddentibus.
c. 20. Haec contra episcopum, qui iniuste appellare voluerit, ut mulcta, qua percussus est, non fisco sed fratribus h) acceptum erogetur.
c. 21. Discussa a discussoribus caussa non provocent. . u . . . .
c. 22. Provocatio in interdicto quorum bonorum, quod pro celeritate repertum est, tarditatis non sit.
c. 23. i) Post peremtoriae praescriptionis sententiam tunc debere appellari, sed si finem negligentiam appellatoris cognoverit, dilatam debet ferre sententiam, sic tamen, k) *ut* utrisque partibus appellandi tribuatur licentia.

---

e) De his nihil exstat in Cod. Th. — f) Sequuntur duo versus, quos legere non potui. — g) Sc. h. tit. 36. — h) Cod. Th. *his qui indigent*. — i) Summ. corrupte scr. — k) Aliter in C. Th.

c. 24. Post omnes praescriptiones dicta sententia, si quis postea appellare tentaverit, non audiatur, sed secundum iuris regulam praecipit, si fuerint ei praescriptiones aliae, iudicio custodiri.

c. 25. Similis XXVII (l. XV. et XI.), sed hoc addidit, vel si exsecutor modum exsecutionis excedat, duas res praecipit; ut, si res mobilis fuerit possessori detracta, idoneo custodienda detur, restituenda cui sacer iusserit iudex; quodsi de fundis proposita appellatio sit, omnes fructus custodiendos esse.

c. 26. Praecipit, ut qui contra praeceptum divi Hadriani in (del. *in*) diem prohibuerit, quo aperitur testamentum, aut appellaverit contra voluntatem defuncti aut ignarus iudex susceptam (l. *susceperit*) appellationem, (add. *iudicem*) cum litigatore mulctam tricenas auri libras feriri.

c. 27. Iubet adiudicatos statim debitum persolvere.

c. 28. Mandat eos poena feriri, qui post contumaciam excluso appellationis auxilio diu alia iussa contemserunt.

c. 29. Ante sententiam a rationali vel a discussore appellare nullum debere. Similis XXI.

c. 30. Similis, quae nona est, sed hic absolute debitoribus iussit, et XXX. tituli similis est legi VIII et XX (l. XXV).

c. 31. Iubet officium XXX libras auri feriri, quod confessos debitum appellare permisit.

c. 32. Similis nonae.

c. 33. Primae similis.

Tit. 37.

c. 1. Iubet in momento firmari sententiam iudicis, ita tamen, ut demum relatum fuerit principi, et dum necesse fuerit, ei restituatur momentum.

Tit. 38.

c. 1. Secundo appellans si victus fuerit, tunc possessio ad possessorem (l. *petitorem*) transferatur.

Tit. 39.

c. 1. Petitorem debere probare in caussa, de qua adserit dotali *l*); quodsi docere non valuerit, tunc possessori necessitas ad probandum debet imponi.

c. 2. Scripturae, quae sibi per contrarietatem fidem minuunt, ab altera parte proferri non debere.

c. 3. In testimonio dicendo primo testes iurare debere et testium fides eligenda est et iudicem unum testem non debere suscipere *m*).

c. 6. Quae scriptura dicitur falsa esse, aut infirmetur aut probetur.

c. 7. Quicunque scripturam in medium protulerit et accusata fuerit, nisi prolator veritatem ostenderit, pro falsar*io* habeatur.

c. 8. Episcopum ad testimonium admitti non debere, quia nec honor nec nomen eum pervicerit.

---

l) Inepte et ortum ex vv. *quan dotalis* i. e. *quando talis* in C. Th. Fortasse post *adserit* nonnulla desunt. — *m*) c. 4. summ. fere totum lacunis hiat.

c. 9. In absentem quaecunque dicta fuerint, non valere.

c. 10. Iubet presbyteros sine iniuria tormentorum testimonium dicere; alii vero clericorum gradus, prout leges praeceperint, testimonium dicant; quodsi veritatem suppresserint, tormentis subiiciantur.

c. 11. De proditore baptismatis, ut ab omnibus hominibus vel a testimoniis in dicendo *sit alienus*.

c. 12. Non debere possessorem ostendere, qualiter eius *titulus* sit, sed illum, qui illum pulsat; quodsi defecerit petitor, tunc possessorem compellandum. Similis iiij.

c. 13. Testes in iudicium deduci debent, quorum societas esse non probatur in crimine. Sane sumtus dandos ab eisdem, qui illos expetunt.

LIBER XII.

Tit. 1.

c. 1. Prohibet iudices vacationem praestare curialibus civilium munerum, sed ad principem debere referre; hic etiam *n*), qualiter gesta debeant confici apud municipes.

c. 2. Dicit, debere nosse, qui de exordio mensis quod publici iuris est, dubitavit.

c. 3. Iubet decuriones tabelliones non esse. Tabellio vero, si ad curiam vocetur, excusatione non utitur.

c. 4. Praesides eos fieri non debere, qui omnes honoris gradus in sua patria minime peregerunt; peractis spectabiles fieri.

c. 5. De ducenariis praecipit, vel diversis honoribus sive in com*itatu* sive in provincia; non debere eos per ambitionem sed meritis adimpleri. Curiales etiam, qui cupiunt declinare curiam, iudices factos codicillos ab eis auferri. Divisit hanc constitutionem in tribus partibus, in scriniariis, in curialibus, et ex incolis curialibus factis.

c. 6. Honoratos sive honoratas contubernio servarum vel servorum abstinere debere. Curialem prohibet simili modo pro defensione potentis ancillae coniungi. Hic divisionem facit, ut si nescientibus procuratoribus, in metallum ancillam damnandam, decurionem insulae exilio relegari. Si emancipatus sit, proscribi iubet, ut res mobiles fiscus capiat, immobiles ad curiam civitatis transitum faciant, si aut filios aut parentes non habuerit. Procuratores conscios vel non prodentes metallo damnandos. Quodsi dominus scierit et non vetuerit vel prodiderit, ipsum fundum fisco, sociari cum omni iure suo; in civitate si contigerit, dimidiam partem proscribi, iubetque, ut si cognita lege non in domo sua, sed in hospitio servulae missum fuerit vel cognitum, in pecuniam damnetur.

c. 7. Praecipit decem et octo annorum filios curialium munera civilia adimplere.

c. 8. Decuriones ad annonas exigendas ante tres menses nominari oportere, ut si recusaverint, alii fiant.

c. 9. Curialis sive in sua caussa sive in publica prius eum non debere proficisci nisi iudici nuntiavit.

c. 10. In hac praecipit, ut quicumque seu e genere curialium est, restituatur suae origini, seu ex quacunque militia. —

---

n) De gestorum confectione apud municipes h. l. nihil legitur in C. Th.

c. 11. Nota de curiali militante o). — Qui dimissa curia militaverunt, si nondum primipili sunt, ad curiam censuit revocari; sed illos solos arcet revocari, qui suis laboribus perierunt (l. *meruerunt*).

c. 13. Curiales deserta curia militantes intra XX annos ad curiam revocari.

c. 14. Hoc in XI. (l. VII) est, ut filii cuiuscunque iudicis ex curia descendentis curiae redderentur. Modo praecipit, ut muneribus completis iudicio principali honores accipiant; alios vero a praefectis honoribus decorari, ut, si honoribus minus apti sunt, curiae restituantur, sic tamen, ut, qui a principe honoribus donantur, liberi sint, filii curiae revocentur, evertens vero fiscalia *commoda*, honorem senatorium petens non admittatur.

c. 15. Veteranorum filios curialibus sociandos; ita ut sed (del. *sed*) etiam, qui perfecerint, curiae suae dentur.

c. 16. Fugiens magistratus honorem, si *in* pertinacia permanserit, ordinati ipsorum bona capiant; quodsi inventi fuerint, duorum annorum onera patiantur. Simili modo in omnibus, qui fugiunt reipublicae functiones.

c. 18. Secundo eadem dignitate promeritus senatorem non fieri.

c. 19. Infantes octo annorum ad curiam nec nominari, ad curiam nec accedere, nisi octo et decem annorum factos; etiam iubet eos discingi.

c. 20. Curiales in agro commorantes p) neque procuratores fieri neque ad curiam civitatensem accedere, nisi et aetate perfecta et munere. Qui vero non *im*pleto honore sed suffragio adepti sunt *officium*, codicilii ab eis auferantur.

c. 21. Flamines q) diales factos vel sacerdotes praepositos domorum fieri non debere.

c. 22. iij et X similis, sed hoc hic minus habet, quod superius; ibi enim tempus statuit, hic absolute defixit.

c. 23. In eos, qui contumaciter abscedentes tertio edicto proposito ad curiam reverti noluerunt, si tamen intra XXX dies admoniti edicto non veniant, quartum edicto proposito et sic iudicari r). Item absentis defensor, ne quis contumax pronuntietur, negotium dicit aut solas caussas reddit absentiae.

c. 24. Curiam fugientes honore suscepto XXX auri libras mulctari.

c. 25. Iubet curiales per suffragium accepto honore munera subire civilia honore servato.

c. 26. Iubet honoratorum filios vel doctorum s) ad civilia onera devocari. t) Nota de filiis doctorum.

c. 27. Iubet Karthaginis curiales ad dimissam functionem munerum civilium rursus subiungi.

c. 28. Kalendis Martiis nominationes fieri.

c. 29. Praecipit magistratus ad conditionis suae necessitatem revocari u), quo protinus expensas, quas civitas pro eisdem fecit, restituere et nullatenus curia derelicta ad ordinem venire senatorium.

c. 30. Curiales compelli prohibet pro re privata onera sustinere, quia civitatibus satisfaciunt serviendo.

c. 31. Prohibet tabulariorum filios vel scribas, eorumve memo-

---

o) Vv. *Nota — milit.* a sec. manu add. sunt. — p) *In agro commorantes*]. Haec vv. non exstant in C. Th. — q) Secunda manus corr. *flamones*. — r) A sec. manu. — s) In C. Th. est *magistris studiorum*. — t) A secunda manu. — u) Recentior manus add. *cogi*.

rantes parentes ad militiam adspirare; quodsi reperti fuerint intra quinquennium revocandos sed curiae eosdem revocari. — x) Nota: Contra supra constitutio XXII.

c. 32. Filios militarium, qui idonei armis fuerint non reperti, curiae tradi curiasque iubet multitudine augmentari y).

c. 33. Iubet curiam declinantes et conferentes se ad rei privatae patrimonium, si XXV iugerum sint possessores, revocandos et si maiora rei privatae habuerint. Sin minus XXV iugeribus habuerint, non revocari, sic tamen, ut si fraudi fecerit, distrahens partem suorum iugerum, distrahentis, quanti cognitum fuerit, fisco societur.

c. 34. z) Niceos cives praecipit adeptos honorariam dignitatem curiae revocandos.

c. 35. Similis XXXII. contraria est ij et XX huic.

c. 36. Excomitibus vel expraesidibus iubet eos, qui suffragio honores meruerunt, depositos curiae deberi restitui, absque illis, qui vel in actione (l. *administratione*) sunt positi aut legatione directi. Contraria XXV.

c. 37. Superioribus similis vel de curialibus militantibus curiae revocandis. Addit, etiam hoc fieri in calcariensibus, fabricensibus et argentariis.

c. 38. Superiori similis; sed haec de domesticis protectoribus narrat vel palatinis, iubetque comites necdum iusto *tempore* completo curiae restitui, qui neque in proeliis neque in necessitatibus publicis fuerint.

c. 39. Vetat curiales servilibus adfici iniuriis corporalibus.

c. 40. Similis XXVII. ut aliis superioribus; sed hoc addit, ut contra functionem publicam nomine militiae non muniantur.

c. 41. Praesides vel comites, qui tantum pro excusatione (?) codicillos meruerunt, non excusentur a functionibus publicis; VI et XXX similis, sed ibi de iis, qui suffragium dederunt, hic de nomine tantum vacuo locuta est.

c. 42. Haec superiori aequalis est, sed hoc plus est, quod etiam in ipso honore positi munera curiae sustinere *debeant*. Aliud rursus: quodsi quis codicillos honoris acceperit et minus eos allegaverit, ipsa careat dignitate. Finis eiusdem VIIXXX similis est ut decurionati ad officia transeuntes curiae *revocentur*.

c. 43. Superiori si*milis* est de curialibus vel de eorum filiis. Quodsi filii sunt curialium, etiam prope mune*ra com*pleverunt militiae, completa munera (l. *completis muneribus*) patriae suae subdendos.

c. 44. ij et XXX (l. XLII) similis est. Ibi generaliter, hic specialiter locutus est de his, qui suffragiis honorum potiti *sunt*.

c. 45. Superioribus par est, sed hoc plus continet, ut veterani etiam curiae subdantur honoribus.

c. 46. Iubet advocatos vel eorum genus ac arcendocio (*a sacerdotio?*) defensionis privileginm habere, a curia nunquam. Hoc Romae a) privilegio utantur, in provinciis autem excusabiles non sint.

c. 47. viiij et XXX similis est; mulctae quantitas constituta.

---

x) A manu secunda. — y) Cod.: *aumentari*. — z) Qui h. l. commemorantur cives Nicaei haud dubie orti sunt ex eo, quod auctor duas syllabas extremas inscriptionis (*nicae*) cum primo textus verbo (*Eos*) coniunxit, in quem errorem facile incidere potuit, si, ut in Vatic. Codicis Theod. exemplo saepius factum est, inscriptio et constitutionis textus nullo intercedente intervallo cohaerebant. — a) Urbis Romae non fit mentio in c. 46. Aut lacuna est in exemplo C. Th. quod nobis superest, aut summarium corruptelam contraxit. Ceterum Roma commemorator etiam XIII, 3, 5 et XIII, 5, 4.

Iudicem, si docuerint curi*ales*, ferire eos poenae furore, quinque libras eum mulctandum, officium eius decem.

c. 48. Superiori de his, qui se ad militiam contulerunt, locutus est, vel ad praesidatus vel comitis honorem; modo de his, qui senatoriam sibi adquisiverunt dignitatem, ut senatores suis civitatibus restituantur, praesides quae praesumserint solvant.

c. 49. Episcopis tantum a curia suas facultates sit licitum excusare. Hic etiam de presbyteris, diaconis, secretionem fecit sub eo modo, ut si probati fuerint sanctam vitam habere, usque ad subdiaconum excusabiles sint. Discernit, qui fraude se clericos faciunt, ut eorum heredes curiae redditi patrimonium paternum accipiant pro publicis muneribus persolvendis. Alteram divisionem: ut, si filios non habuerint, propinquis, qui b) per successionis gradus ad hereditatem vocantur, duas portiones tradat, sibi tertiam servans, si et ipsi curiales sunt. Ergo illa, quae aut filii si non sunt aut parentes, acceperint, curiae dentur, iubetque eos recipere cognita fraudulentia curiae servituros. Quodsi nullum habuerit agnatorum, omnes res eius ad curiam transitum faciant. Adiicit praepositos vel susceptores specierum ad ecclesiam confugientes restitui a clericis; quodsi noluerint clerici eos restituere, tunc demum iudici curialium de eis debere suggeri.

c. 50. Quattuor responsa reddidit: ut si christianus declinet curiam, revocetur, immunitate concessa auri atque argenti *curiis*, quod negotiatoribus indicitur, sed tunc eos praestari c. (?), si exinde negotiantes publicum solvunt; et quicunque curialium ad domum potentis confugit, revocetur, singulorum solidorum mulcta imposita, receptoribus eadem poena statuta; servos capite plectendos, ingenuus exilii deportatione plectatur.

c. 51. Segregat eos a curia, qui per matrem et non per patrem originem ad curiam ... unt.

c. 52. Petentibus curialibus quosdam curiam fugientes incolas curiae revocari praecipit, ut si substantiosi c) sint, quocunque loco res venerint, curiae deberi subdendos, si, antequam convenirentur, incolatui non renunciaverint; item quodsi renuntiaverunt, non teneri, quicquid rei comparaverint curialium. Tribus rebus statuit incolas liberari, si arma gesserunt, aut in expeditione cum militibus fuerunt, aut praefecti facti sunt.

c. 53. Nominationes ex die kal. Ianuariarum d) irrite factas non valere. Decurionum (*Decuriones?*) nobilium ut putentur (*opulentium?*) vel curialium filios liceat nominare.

c. 54. e) Novos curiales factos veterum curialium praecipit honoribus non subdendos. — Superiori similis curiales noviter professos ..... m debere sarcinum ... acere.

c. 55. Qui XIII filios habet, non solum curia liberetur verum etiam inconcussus .. tt ..

c. 56. Contraria superioribus, id est VII et XL. (num XIII an XLIII?); hic tempus addit, ut si decem annos in militia fuerint, curia liberentur, id est hi, qui originem de curia trahunt.

c. 57. Iubet curialem non prius fieri senatorem ...... us completos omni*um* *mune*rum, sic tamen ut eorum ...... m .... ribus subrogentur.

---

b) A secunda manu add. *vij*. — c) C. Th. *si eorum patitur substantia*. — d) In Cod. Th. est *Septembrium*. — e) c. 54. bis exstat in Cod. Theod., cum duplici interpret., quarum posterior a sec. manu adscripta est.

c. 58. Superiori similis; quodsi noluerit esse senator, non fiat post completum munus, filios qui de eo nascuntur, si velit, fieri senatores.

c. 59. Curialem morientem iubet, quem heredem statuet, aut curialem fieri aut munera persolvere, quodsi nec hoc nec illud fecerit, curiae eos(?) cedat, aut si clericus factus est, curia revocandum.

c. 60. Curiales iubet foris suae terminos civitatis non praesentari.

c. 61. Iubet patronos ex curialibus factos propter iudicum importunitatem esse debere munitos.

c. 62. Municipalem, qui ad fabricenses accessit curia derelicta, statui *pristino* debere restitui; etiam ipsorum originem *trahens* ad *hoc* officium prohibet adspirare.

c. 63. Senatores Aegypti vetantes functionem publicam monacis mixtos, iubet, ubicunque reperti fuerint, *curiae* revocandos: quodsi latuerint, illorum res curiae sociandas.

c. 64. Nepotem, qui avum curialem habet, militantem patrem, non debere privilegio militiae uti; qui pater praeterea et ipse intra certum tempus, id est decennium, militiae restitui *debet*.

c. 65. viij et L similis, quia quod concessum est senatoribus, ordini civitatis denegatur.

c. 66. Curiales novos fieri non oportet, nisi quos coetus curialium elegerit, nec qui ob culpam exemtus est albo curiae, sine curialium consensu non revocandum.

c. 67. Absque palatinis apud curiam nullus immunitatem habeat.

c. 68. Iudices per arrogantiam non debere curiae damnorum inferre iacturam.

c. 69. Senatores qui contemtis honoribus fiunt, functionibus subiacere. Superiori contraria vij et L.

c. 70. Susceptores, qui ad honores adspirant, dignitate careant.

c. 71. Per obreptionem consensionis curialium non completis muneribus, unde fugerant, revocari.

c. 72. Negotiator ad curiam vocari debet, qui praedia aliqua comparavit.

c. 73. Iubet illos, qui neque administrationis neque palatino honore praediti sunt, vel alicuius militiae dignitate fulti sunt, curiae revocari.

c. 74. Senator de curia factus, si plurimos filios habuerit, unum curiae dare debeat; si unum, antequam senator sit, pro eodem vicarius detur ita, ut, qui curiae datur, divisione *inter* filios facta utiliorem partem (l. *cum utiliore parte*) curiae tradatur. Sortiri debere per electionem. Rursus iubet unicum filium senatorem factum functionem curiae tolerare .. ad §. 1. Quodsi senator filium non habuerit et moriatur, eximatur haec gleba de senatorio albo. *f*). §. 2. Hic statuta priorum principum firmans iubet etiam filios in ordine senatorio permanere vel non permanere. — ad v. *muniatur*. Aut magistri militum, aut praefecti, aut consularis aut comitis.

c. 75. II et XX (l. XXI) similis. Adclamatione tantum civium si probati fuerint laborasse, honores, quos meruerint, sortiantur.

c. 76. Haec generalis est sancitque, ut ex omni domo, qui curiae iuncti sunt, protracti curiae socientur; ut occultatorem cum occultato poena proscriptionis plectatur.

c. 77. Similis iij et LXX et hic pracipit, nec advocatos excipi debere.

---

f) C. Th. *glebae senatoriae brevibus eximatur.*

c. 78. .... haec lex ad comites et equitum magistros scripta est, ut veteranorum filii, ut alii, ab omnibus abstineant, id est a militia.

c. 79. Iubet priores civitatis illius, ut si duos quis horum filios habeat, unum militiae, alterum curiae subministret; quodsi unum, curiae restituat, iubetque ipsorum parentibus curiales excusatos in medium mitti debere.

c. 80. viiij et XXX similis, sed instam (l. *in ista*) etiam prohibet curiales plumbi subdi tormentis.

c. 81. vij et XXX similis: fabricenses curia revocandos.

c. 82. In superioribus graduum divisionem statuerat; modo vero generaliter iubet omnes curiae revocandos.

c. 83. Cohortalem debere, si militare non potest, curiae functionibus sociari.

c. 84. Superiori similis, sed hic ad*dit* gradibus qui de curiis segregentur, infirmos, senes, clericos; quartum addit militiae desertores.

c. 85. Similis duabus, viiij et XXX et I et LXXX (l. LXXX), ut nullus a iudice curialium plumbis mactetur.

c. 86. Similis secundae et septuagesimae (l. LXXI) curialem vetat datis muneribus ad honorem pervenire.

c. 87. Superioribus similis, item ij et XXX (l. LXXI aut LXXIII), etiam eos, qui suffragii honores comparaverint, functiones eos oportere persolvere.

c. 88. Contraria superiori, id est LXII (l. LVI) iubet ex genere curialium militantęs intra lustrum privilegium habere, palatinos annorum XXX.

c. 89. Si quos parentes a munere curiae excusaverint, ibidem debere restitui. Veteranorum autem filios, si imbecilles sunt, curiae mancipari.

c. 90. Haec antiqua est et non tenet his temporibus.

c. 91. Curiales praecipit debitores exeuntes, ut si inutiles elegerint, id est nominaverint, et pro se et pro eisdem ad debitum persolvendum debere compelli.

c. 92. Curialem procuratorem fieri vetat.

c. 93. V et LXX (l. LXXIV) contraria; ibi iusserat discretionem vel partitionem fieri filiorum, hic omnium senatorum filios curiae iubet innecti.

c. 94. Similis vij et LXXX, id est, ut nullus curialium furtive, id est praemiis aut militet aut honores accipiat.

c. 95. Contraria haec duabus, viij et LXXX et ij et L (l. LVI). In quinquagesima secunda (l. *q. sexta*) praeceperat intra decennium curiae revocari, in viij et LXX (l. LXXXVIII) intra quintum annum, in hac intra XV. annum.

c. 96. Curiales praecipit in partibus Mysiae de plebe idoneos eligi.

c. 97. In Aegypto conductorem curialium (l. *curialem*) esse non debere, maxime suscepto*rem*.

c. 98. viij et LXXX (l. LXXXVII) similis, ut advocati functiones solvant, qui ex genere curialium descendunt, et V et XL similis.

c. 99. Curiales Iudaeos praecipitur immunes a curia non esse. Haec lex superiori *g*) contraria, quia in superiori iusserat eos excipi.

---

g) Cf. Gothofr. ad h. l. T. IV. p. 472. (ed. Ritt.)

100. iij et LXXX (l. LXXXII) iusserat ex curia fieri non debere et in superioribus per gradus praeceperat revocari, modo vero absolute locutus est.

c. 101. Praecipit, ut unusquisque ex genere curialium descendens patris conditionem sequatur.

c. 102. Curialem praecipit sacram (?) accipientem contra eos, qui sunt obnoxii curiae, non valere, ut si originales sint, vel quos iudicium invenerit, id est, ut praeiudicium nullus horum patiatur.

c. 103. Syriarcham iubet invitum non fieri.

c. 104. Curiales praecipit, qui ecclesiis potius quam curiis servire desiderant, subtracta restituant. Hoc praecipit dimissis curiae cum omni substantia sua patrimoniis suis.

c. 105. Similis LXXX (l. LXXIX). Contra ... quicunque principes facti cupiunt a curia liberari, suos debere subministrare filios.

c. 106. Curiales honoribus perfunctos, quae debent patriae, persolvant.

c. 107. Curiali si qui heres exstiterit, oportere eum pro portionis suae quantitate functionem pers- -re.

c. 108. Officialem curiae non debere nec poenae specie vel aestimationis subdi, nisi qui ex curia fugiens militaverit.

c. 109. Curiales iubet, postquam omnia persolverint, ad agonothesiam invitos non compelli; ergo quodsi omnia reddiderint et necessarium sit utilitati publicae, propter nominis conditionem implere cogendi sunt.

c. 110. Curiales repetentes quemqnam in curia, non apud alterum, sed apud proprium cognitorem *repetant*, si quidem nullum patriae (del. *patriae*) forum quam patriae appelletur. In fine vero similis *V* et LXXX.

c. 111. Haec contraria est *h*); hic de vivis, superius de mortuis locutus est. Ut nemo derelinquens curiam aut filium aut extraneum substituat.

c. 112. Sacerdos idem in illa civitate fieri debet, qui suae patriae plura persolvit.

c. 113. Transfugas praecipit unumquemque suae patriae revocandos, quicunque aut officiales sunt aut militant.

c. 114. Curiales, qui se ad domum regiam *i*) confugiunt, revocari debere.

c. 115. Clericos ex curialibus factos alios suo loco idoneos subdere.

c. 116. Similis viiij ex XC (l. xcviij) et viij et LXX (l. LXXVIJ). De scholasticis, immunibus (l. *immunes eos*) non esse.

c. 117. Priorum curiae, qui fraudulentus vel decoctor repertus fuerit, et a suis prioribus et a iudice plumbo mactari.

c. 118. Curiales per ambitionem nationis (l. *nativitatis*) suae non mutare fortunam, sed nec vel ipse sit otiosus a muniis, filium subrogans, vel sit quasi otiosus senator; repertos curiae vel civibus revocandos. Superiori similis.

c. 119. Fugientibus curialibus Bithyniae civitatis haec scripta est. Ut fugientes patriam et munia civitatis non persolventes edicto admoniti, si reversi non fuerint, in eorum locum de militantibus apud iudicem subrogentur, patrimoniis fugientium acceptis.

c. 120. Curiales agentes in rebus factos curiae restituendos.

c. 121. viiij et XL similis. Superius usque ad episcopi gradum

---

h) Cf. L. 90. 91. 98. — *i*) Cod. Th. *domus nostrae.*

patrimonium immune esse praeceperat, distinctione salva; modo vero et inferiorem gradum in clericis praecipit custodiri.

c. 122. Iubet eos, qui nec ψ.... qui sunt curiae honoribus insignibus decorati nec parentelae sunt obnoxii, senatorum donatis honoribus permanere. Qui vero, ut nati sunt, curia*les sunt*, eiusdem conditionis gradu permaneat, adipiscatur honorem, sic tamen, ut a sua patria *non disce*dat ...

c. 123. Similis V et C (l. CIV), similis LXXX et vij (l. LXXXVI) et C et viij (l. CVII) et L.

c. 124. Acceptam filiam curialis vel principalis, si moriens in eum hereditas defunctae uxoris pervenerit, curiae obnoxius fiat, si tamen nullis privilegiis adiuvetur.

c. 125. Contraria .... actuario militiae privilegium denegat ex curiali descendenti.

c. 126. Principales iubet completis omnibus muniis corporalem non debere iniuriam sustinere. Similis CXVII.

c. 127. Completis muniis omnibus suae curiae tertio loco comes fiat, ut nec damnum nec corporalem iniuriam patiatur, sic tamen, ut suae curiae sit devinctus.

c. 128. Militantem iubet nullam vexationem impingere curiali vel molestiae iniuriam.

c. 129. Superioribus par, X et viij XL.

c. 130. Similis viij et L.

c. 131. In thermis suburendis veterem consuetudinem debere servari.

c. 133. Iubet tam in agris positos, quam in civitate, ut quicunque reperti fuerint locupletes, curiales fieri oportere, pauperes militare. Similis vij et XC (l. XCVI); hic specialiter, ibi generaliter formavit.

c. 134. Praecipit curiales diversis iunctos officiis ad munus publicum debere restitui. Qui iudices seu comites facti sunt, muneri patriae subiacere, privilegio pro honore servato. Praedia vero curialium qui possederit, qui neque militaverit, neque in aliquo honore munitus est, ipsorum functionibus subrogari. Haec vj et L et IX et LXXX (l. LXXXVIII) *similis*; una iubet intra lustrum, altera intra decennium; hic vero absolute locutus est, ut LXXXIII (LXXXII) similis.

c. 135. Curialem vacationem non mereri nisi principis iussu veritatis propter ....

c. 136. Duas res praecipit: ut qui debitores sunt curiae, debitum solvant, et qui privilegium aliquod habuerint a curia, reddere non cogantur.

c. 137. Similis CXXXV. In hac hoc plus habet, ut incolae vel vacantes ad munus constringantur; ex materno vero latere ad curiam pertinentes ad curiam non debere adstringi.

c. 138. Curiales completis muniis honorati facti equorum functioni non addicantur.

c. 139. Curiales qui pro debito publico militaverunt, patriae debere restitui.

c. 140. vij et LX (l. LXVI) similis.

c. 141. Similis cxxxviij (l. cxxxvij).

c. 142. In curialium nominationibus, si occupati aut necessitate aut infirmitate aliqui fuerint, maxima pars *ad*esse debet.

c. 143. Similis viij et L.

c. 144. Superiori similis.

c. 145. Non tenet.

c. 146. Iubet, ut si qui ex potentibus curialem debitum fugientem publicum susceperit, quinque libras auri mulcta percutiatur.

c. 147. Similis cij palatinos praecipit sub prosecutoribus patriae revocari; si qui vero subpraetores, dimittendos, sic tamen, ut munia patriae suae in posterum solvant.

c. 148. Inutilis est.

c. 149. Curiales curia deficiente cupientes se honoribus excusare, non possint; sed naviculariorum patrimonia quocunque modo, item coniunctionis affinitate acquisita, muniis utrisque dividatur(?).

c. 150. Curiales adeptos honorariam dignitatem ordinariis iudiciis subiacere.

c. 151. Trium praesentia curialium gesta confici iubet.

c. 152. Contraria est superioribus iij et LXX. *k*)

c. 153. vij et XXX (l. XXXVI) contraria est.

c. 154. Similis ... et lxxxviiij (l. LXXXVIII) et vij et L (l. LVI).

c. 155. Similis iiij et X, illustrium filios ab honoribus excusans.

c. 156. Omnes ordines, ac si aliquos honores meruerint, a muniis publicis excusari non liceat.

c. 157. Cuiuscunque religionis sint, ad functionem teneantur.

c. 158. Curiales ex Iudaeis fieri iubet. Centesimae (XCIX) similis est.

c. 159. Curiales, qui administrare noluerint, ablatis honoribus parem mediam sui patrimonii mulctandos.

c. 160. Haec inutilis est et non tenet.

c. 161. Haec contraria est cxliiij (l. CXLIII); ibi enim intra quinquennium, hic intra annum iubet eos discedentes curiae praesentari; qui si edicto proposito redire noluerint, in locum eorum succedentes ipsorum donentur patrimoniis.

c. 162. Curiales praecipit, qui se ad corpus centenariorum conferunt, a iudicibus curiae revocandos.

c. 163. Haec viiij et XL similis est.

c. 164. Derelicta curia quodsi militaverit lite pulsatus, fori praescripsione eum uti non posse.

c. 165. Iudaeos descendentes de genere curialium curiae revocandos.

c. 166. Haec inutilis est.

c. 167. cxviij similis est.

c. 168. iij et LXXX (l. LXXXII) similis; contrariae lvij (l. LVI) lxxxviij et LXXV (l. LXXIV).

c. 169. Censu Antiochenae curiae erecto firmari debere.

c. 170. CXL (l. CXXXIX) similis.

c. 171. Principes in Gallia curialium quindecennium debere complere et qui ante sexennium discesserit, patriae revocari. Modo iubet, ut nobiles honores adepti vel per ordinem, qualiter eventus dederit, liberentur, aut infirmitate, aut necessitate aut actione (l. *aetate*); quodsi his casibus non potuit adimplere, dato sane suffragio, tanquam prior curiae suae ab omnibus habeatur.

c. 172. In capite *l*) viiij et LX (l. lxviij) similis; in fine aequa est iiij et XL (l. XLVIIII) et cxxij (l. CXXI).

c. 173. Haec inutilis est.

c. 174. Magistratum sine poena fasces attollentem curialemque foris terminos suae civitatis non transgredi.

---

k) Num XLVI? Cf. praeterea c. 87, 98, 116. — *l*) i. e. *principio*.

c. 175. Curiales in officium magistri militum demig*rantes*, prosequentibus suae civit*atis or*dinibus, iudici praesentandos, ut, sive lis emergat, audiantur, vel aut voluntate munia subeant aut inviti propriae curiae mancipentur.

c. 176. Inutilis est.

c. 177. Amore provinciae suae quisquam si curialis fiat, debere eum suae patriae munera sustinere. Tantummodo hi, qui voluntate accedunt ad curiam, praesentibus curialibus et ordinibus, incorporandi sunt.

c. 178. Ex curiali origine mulier veniens, facit filios curiales, vel ex ingenua matre nascentes curiae nexibus obligantur.

c. 179. Senatusconsultum Claudianum etiam in curialibus custodiri, ita ut iure denuntietur a curia mulieri, ita sibi (?). Vacantes tenendos ad curiam. Item in reddendo et revocando curiali condictio non admittitur, sed nec cum noviter incorporantur, condicenti poena proposita.

c. 180. Curiali adspirante ad honorarios codicillos praefecto urbi datos neque suscipi eos neque allegari debere.

c. 181. Si curialis aliquis esse dicatur et condicat, intra tres menses caussam esse dicendam, poena iudici proposita; item si curiales ad militiam convolaverint, nisi pro se vicarios subrogaverint, revocentur ad curiam. Ut manus iniectionem habeat civitas in curiali, quem *suum* dicit; item curiales et collegiatum revocandos[m]) et ut apparitorem iudex profugum persequatur.

c. 182. Similis quadragesimae primae.

c. 183. Superiori similis.

c. 184. Curialium liberi et cohortalini seu expleant munia seu nonnunquam curia liberantur.

c. 185. Post acceptam securitatem disc.... neminem posse.

c. 186. Neminem pro possessore attineri posse.

c. 187. De curialibus senatores facti et senatoria onera et curiae sustinebunt et eorum filii ad functionem nihilominus tenebuntur.

c. 188. Neque decurio neque decurionis filius vel ad militiam vel ad advocationem convolantes a curia liberari possunt, nisi omnis .... tenetur vel eius ....

c. 190. Alexandrini ordinis primates numero quinque non torquendos nec quaestioni subdendos nec capitaliter puniendos, etsi crimen admiserint, sed in pecuniam puniendos.

Tit. 2.

c. 1. Annonas de publico, nisi cui princeps iusserit, non praebendas.

Tit. 3.

c. 1. Decurio aliquid vendere de rebus suis, nisi gestis caussas edocuerit, non permittitur. Item qui sub iudicis conscientiam et confectionem gestorum aliquid vendiderit, de ficto possessore postea queri non potest.

c. 2. Curialis vendere aliquid sine decreto iudicis, in quo caussas idoneas comprobaverit, prohibetur.

---

m) Extrema des. in C. Th.

Tit. 4.

c. 1. Ad quem de bonis curialis possessio lucrativa adquisitione pervenerit, quattuor siliquas annuas ex ea inferre cogitur civitati.

Tit. 5. n)

c. 2. Sacerdotales et flamines et duumviros ab oneribus immunes haberi.

c. 3. Curialem post expleta munia ad curiam revocari non posse.

Tit. 6.

c. 1. Creatorem ad ea teneri, quae nominatus et creatus intulerit detrimenta.

c. 2. Fiscalium solutionem non per singulos fundos summatim inferri et quovis in loco posse et infra annum quovis tempore; quod si suscipere contemnant, qui solent exigere, tenentur ad duplum, ab inferentibus super hoc contestatione proposita. o)

c. 5. Horreorum susceptores, si fide dicentium fidem fecerint, tunc demum praeses, ne damnum reipublicae fiat, perspicere debeat ex diversis officiis idoneos reperire, sic tamen, p) ut nullus substantiosior per gratiam excusetur; quodsi fuerit, quisquis excusatus et excusa ....

c. 6. Id est, in magistri militum officio illi eligendi sunt, qui armis aut armorum non subiiciuntur tegminibus, de aliis vero officiis, ut anterior lex praecipit, eligi debere. Palatinos militia expleta muniis civilibus subdi.

c. 7. Superiorique similis decuriones prohibet susceptores specierum esse, officialibus subditis idoneis; sed mutari eosdem per singulos annos tabulariis sociatis. Quodsi et honoris gradus susceperint, necessitatem impositam impleant functionis.

c. 8. Nominatores susceptorum esse obnoxios, si non sunt idonei, *qui ab iisdem fuerint nominati.*

c. 10. Novi susceptores creati et praeteriti et praesentis anni species suscipiant.

c. 11. Sextae similis. Quodsi cupit permanere in eodem actu, non prius permittatur, nisi anni prioris rationibus redditis.

c. 12. Nullum debere perquirere solidorum propter(?), de quo collecti sint titulo.

c. 13. Superiori similis: ut solidi, si integri sint et non falsati, massae misceantur, quia solebant mutare solidos et pro aureis aeneos q) miscere, iubetque, ut auri massa transmissa in septuaginta duobus solidis dividatur.

c. 14. Exactores domui regiae singulas centesimas debere reddere.

c. 15. In (del. *In*) possessores in anno tertio (l. *ter*) annonam persolvere, sic tamen, ut a possessore frumenti singulas centesimas a provincialibus(?) suscipiant.

c. 16. De susceptoribus, *fru*mentis regalibus horreis deportatis, suggerentibus ap*ochas*.

c. 17. Per singulas dioeceses singulos esse susceptores, ita ut pro brevi tempore pro susceptione facta pecuniae ....

---

n) Omisi propter lacunes summ. c. 1. h. t. et c. 3, 4, 9 seq. tituli. — o) c. 3 et 4 summaria legere non potui propter encausti pallorem. p) Haec oppositio de *subst.* non exstat in C. Th. — q) C. Th. *adulterinos.*

c. 18. Provinciae iubetur susceptoribus, ut non confuse vel dent securitates vel accipiant pro qua re et de quibus titulis.

c. 19. Singulas stationes mensuras proprias et pondera habere debere.

c. 20. Iubet tam susceptores quam exactores actis fieri in conspectu omnium curialium.

c. 21. Modios aeneos lapideos sextarios pariter collocari praecipit per singula loca et per singulas civitates; ut nullus aut surripiat aut inducatur a susceptoribus effici; quinquagesimam partem hordei, quadragesimam vini et laridi vicesimas dari partes.

c. 22. Exactores perpetuos non esse, ne longinquitas vexationem provincialibus ingerat. Quodsi raritas fuerit, tunc bienniales sint.

c. 23. Susceptores praesentibus defensoribus species vel metrum ingerentium possessorum cum quantitate praescribere.

c. 24. Sextae (l. *Septimae*) similis, sed hoc praecipit, ut susceptores specierum praesente praefecto annonae debeant audiri.

c. 25. Palatinos praecipit susceptionis subire officium, facultatibus fideiussorum sub veritate descriptis.

c. 26. Securitates lectas et semel publicatas binis susceptoribus imputari debere.

c. 27. Qui apochas faciunt, ne fraus possessoribus fiat, usque indictio completur, manere.

c. 28. Pecuniae militibus expensae testificatione actorum nihil exinde iudices petere posse.

c. 29. Ex negotiatoribus debere eligi (del. *d. e.*) ad aurariam collectionem eligendos idoneos; rursus praecipit, ut non solum ex negotiatoribus, sed etiam ex alio corpore.

c. 30. Tabularii duo cum duobus susceptoribus provincialibus arcis ponantur. Hic segregat praefecti praetorii arcam a comite sacrarum.

c. 31. Proconsulare officium susceptionis vestium curam debere suscipere absque illis curialibus, qui in eodem officio militarunt.

c. 32. De provinciis aurum exactum arcariis debere tradi, sic tamen, ut possessoribus non fiat inlationis dispendium; sane, ut arcariis designet, ex quibus titulis aurum suscepit inlatum, praecipit; ut quidquid ex provincia dirigatur tam ad praefectum quam etiam comites aerarii dirigatur sub relatione, iubetque palatinum, ut, si excesserit, in iudicem provinciae praefectus dirigatur, verum etiam provincialis si palatinus molestiam impinxerit et ulcisci despexerit.

c. 33. Curiales horreorum laridi custodes esse, in proconsulari *provincia* principalem non debere proponi.

Tit. 9.

c. 2. In arca positam pecuniam *quolibet* titulo non debere dari nisi iussione sublim*ium perceper*it potestatum.

c. 3. Iudices non habere licentiam in pecuniis rei privatae exactis.

Tit. 10.

c. 1. Praefectianos contra principale praeceptum vexationem provincialibus facientes pro suo lucro et quaestu vel horreorum curam gerere praesumentes, tales praecipit horrearios fieri, ut imperatori de iis referatur.

Tit. 11.

c. 1. Curatores sunt Kalendarii, qui pecunias publicas usuris dant. Pecunia publica iubetur tam apud vivos, quam apud eorum heredes, sive defuncti fuerint sive vivi, ut idoneos reliquerint, permanere, solventes annuales usuras. Quodsi aut aliquid de rebus suis donaverit aut vendiderit, secundum eam rem debere repeti, quanti illo tempore, quo kalendarius factus, valere poterant, singulosque pro rata rerum possessarum ad persolvendum constringi, ut etiam ipsi contra debitores fisci personalem habeant actionem; quodsi patrimonio distracto maximam partem, quantula remanserit ad idoneum transferatur; quodsi res suas cesserit fisco, pro debito iure emtoribus emere liceat, donatis vero rebus principis iussu eum esse obnoxium vel caput cum usuris exigatur.

c. 2. Superiori similis; sed hic de arcariis frumenti vel olei iubet et quomodo superius de..e....s.

Tit. 12.

c. 1. Licentiam esse in coetu publico, vel decreto ...... vel legato ordinato libere loqui.

c. 2. Apud gentem Maximitanum (*Axumitarum*) annum tantum permanere.

c. 3. Gestorum seriem apud iudicem ordinarium factam praefecto mandari, ut, si iusta sit, suscipiatur, sin minus, refutetur; quae vero praefecto dubia sunt, praecipit nuntiari.

c. 4. Civium tractatum non debere unius voluntate mutari, sed aut praefecto data petitio impleatur, aut ad principem deferatur.

c. 5. Literas legatis testantibus gentilium signari, ne vel signatae aperiantur aut pro per .. numeromaivit (?) addatur.

c. 6. Legatum iniusta ferentem patriae suae cum iniuria revocandum.

c. 7. Si ad comitatum legatio mittitur, non per singulas caussas singulos, sed debere tres pro provincia mitti, ut quae necessaria sunt in uno mittantur sub iudice ordinario gesta confecta.

c. 8. Legatio*nem* libere ad principem de provincia urbi mitti.

c. 9. Aut duae provinciae aut duae dioeceses tractatibus in una relatione suggerre (?) sua pro utilitate, iudicis contrarietatem non habeant. Evectionem ei tribui unius rhedae; hoc si duae provinciae mandarint; quodsi singulae singulos direxerint, singulas angarias accipiant.

c. 10. Legatio mandata praefecto praetorio, debetque in praetorio relegi finem non acceptura, principis servatura iudiciis (?).

c. 11. Nullum audiri iubet de provincia venientem sine literis a decreto ....

c. 12. In extraordinario concilio dum legatio vel ad praefectum urbi vel ad principem mittitur, ad iudicem ordinarium de ea re non debere referri; sed in legationibus principi directis solis praefectis licentia est cognoscendi, sic tamen concursum fieri provincialium, ut non in multis civitatibus, sed in una concurrant, qui honorati primates sunt, expraefectis exceptis tantum, sic ut de quo tractatur in ipsorum domibus sedentibus iis in notitiam deducatur. Sententiam tenendam in publico et quod maior pars elegerit, impleatur.

c. 13. Conventus civium universales in opulentiori fieri civitate et tractatus vel in aede publica vel in foro fieri; debere honoratos

salva sui reverentia illuc proficisci, ubi multorum concursus est, vel per procuratorem, si non potest suam mandare sententiam.

c. 14. Missae legationes ad principem prius non debere produci, nisi prius allegata praefecto.

c. 15. Curialis unusquisque in curia conveniens, quotiens concursus fit curialium, debet suam allegare sententiam cum sua subscriptione praefectis augustalibus, ut ab ipsis praefecto praetorio dirigatur.

c. 16. Legatos de civitatibus directos divino numini praesentandos.

Tit. 13.

c. 1. Aurum coronarium est, quod collectum pro aedibus publicis pro reparatione proficit, quod voluntate datur vel ad principis coronam. *r*)

c. 2. Haec lex superiori contraria; in hac tantummodo senatores excipit. Possessores cum curialibus debere *glebalem praestationem re*cognoscere.

c. 3. Hic omnes excusat curiales praeter .....

c. 4. Aurum praecipit pro coronis datum — *s*) pro coronis, id est imperatori — coronae ibi proficere, ubi datum est, vel ad signorum ornamenta, ne corruptionem materia patiatur.

c. 5. Similis primae.

c. 6. Aurum coronarium invitis ablatum restitui satrapibus coronas offerentibus.

Tit. 16.

c. 1. Multae lectiones ad hunc titulum pertinentes iacent Lib. IV. tit. de vectigalibus et commissis. *t*)

LIBER XIII.

Tit. 1.

c. 1. Negotiatores auri vel argenti praestationem facere clericis exceptis.

c. 2. Superiori similis; superius clericos iubet excipi a collatione, hic eos, qui militant vel quietem a principe meruerint.

c. 3. Colonos senatorum, si negotium non exercent, a collatione immunes fieri; hic ostendit, *quid* mercimonium et quid negotiatio, quodsi fructuum in his locis venditio fiat vel .. negotium nec merces.

c. 4. Curiales fugientes sub praetextu christianitatis suae munia civitatis, pa*triae* debere restitui, sic tamen, ut a collatione sint immunes, si aliquid non fuerint mercati.

c. 5. Mercatores domus regiae*) vel christianos veros adiuvari debere, exceptis potioribus aut eorum hominibus.

c. 6. Superius exceperat senatores vel ipsorum homines, per hanc vero constitutionem nullum excepit; modo vero alterum iubet, ut exceptio solis praestetur, qui aut per se aut per suos homines....

c. 7. Militantes non debere mercimonium exercere; quodsi co-

---

r) Haec interpretis est declaratio, non C. Th. — *s*) A secunda manu. — *t*) Rel. titt. summaria des. — *) C. Th. *ad domum nostram.* XIII, 1, 8 et 21, XIII, 6, 3 et 5 al.

gnitum fuerit per suos homines exercere, ad collationem debere constringi.

c. 8. Ad collationem eos debere constringi, qui commutationem vendendo mercimonium faciunt, id est tabernarios oportere constringi, exceptis domus regiae colonis.

c. 9. Algamarios vel conchyliolegulos ad collationem constringi iubet.

c. 10. Colonos rei privatae pro fructibus suis, quos distraxerint, prohibet inquietari cum fabris vel figulis, vel qui manibus suis se pascunt.

c. 11. Primae similis, sed hic provinciales demonstravit usque ad denos solidos intra Illyricum vel Italiam, intra Gallias usque ad quinque m (?) (l. *ad quinos denos*) solidos.

c. 12. Tertiae similis; in fine non debere eos molestari, qui fructus suos distrahunt.

c. 13. Vernacula sunt, quae in domibus propriis aut nascuntur aut fiunt [u]); si distrahat unusquisque ad collationem non oportere constringi.

c. 14. Decurso stipendio militantes amplius a quindecim solidis immunitatem collationis non mereri.

c. 15. Potentem defendentem negotiatorem superius dictum ad solutionem constringi praecipit.

c. 16. Corporatos, qui nego*tiatione*m exercent, se per clericorum nomina non oportere excusare.

c. 17. Curiales, qui pro necessitate negotiantur, ad solutionem collationis non constringi, iubetque mancipes eligi, absque curia liberi qui ipsas pecunias exigant.

c. 18. Foenerantes pecunias aurariae collationi subjacere. — *x*) Nota de foeneratoribus.

c. 19. Omnibus superioribus sta (l. *ista*) contraria.

c. 20. Munia minorata ab his, qui persolvunt, reparari debere vel labentia paullatim; item vices per plurimas exigatur (?); adiicit, ut nullus vectigal a principe audeat postulare.

c. 21. Similis XV, id est, quodsi non solum ad domum potentum confugerint, verum etiam si ad domum regiam, refundantur.

Tit. 2.

c. 1. Pro argento, quo (l. *quod*) quis inferebat, per libram licere argenti quinque solidos inferre.

Tit. 3.

c. 1. Grammaticos cum medicis vel scholasticis [y]) cum rebus suis immunes esse debere; ad leges vocari [z]) vel iniuriam pati vetat, ita ut actor cumque eos vexaverit, centum millia nummorum det, servus flagellis arguatur a domino, dominus viginti millia nummorum det.

c. 2. Omnes medici vel ex medicis ab obsequiis vel muniis esse immunes, ita ut nec equos dent, et hanc indulgentiam filiis tribuit.

c. 4. Firmatio [a]) superioris est.

c. 5. Doctores quales esse insinuat et non ut statim exeuntes ex auditoriis, nisi Romae a principe probati [b]), per provinciam ab

---

u) Haec interpretis est expositio. — *x*) A sec. manu. — *y*) C. Th. *professores alios literarum.* — *z*) C. Th. *In ius vocari.* — *a*) Vox insolens pro *confirmatio.* — *b*) Huius clausulae vestigium non exstat in C. Th. cf. XII, 1, 46. XIII, 5, 4.

ordine doctissimorum curialium fuerint comprobati; decretum curialium principi dirigendum, quo possit pro honore civitatis *altioribus* honoribus condonari.

c. 6. Superiori similis, ut non tantum doctrina polleat sed et moribus.

c. 7. Philosophiae sub praetextu qui sunt absentes, patriae oportere restitui, absque illis, qui apicem peritiae tenent, ne munia reipublicae illuvie polluantur.

c. 8. Duas regiones secernit urbis Romae, unde medici a plebeiis accipiunt, qui divitibus servire contemnunt. Praecipit archiatro defuncto electione medicorum pro sui existimatione electum sociari concedit.

c. 9. Medicus non ante debet in locum defuncti succedere, nisi septem numero medicorum testimonio fuerit adprobatus, sic tamen, ut ultimus fiat omnibus, non aequalis.

c. 10. Medicos et ludi magistros *c*) cum uxoribus suis ab omnibus oneribus esse immunes.

c. 11. In Gallia iubet grammaticos rhetoresque XXV annonarum munere condonari, item Graecos et Latinos per singulas duodenas.

c. 12. Medicis in palatio positis nullam debent per sportulam, sed gratuito (?) et qui sunt comites, sordidis muneribus minime polluantur.

c. 13. Superiori similis et iubet non per subreptionem aliquid fieri, sed postulata imo debere restitui.

c. 14. Medicorum doctoribus et palatii medicis concessa manere.

c. 15. De privilegiis archiatrorum, ut illibata permaneant, iubetque, ut medicus sive administrati*one* sive sui laboris suffragio labore ab omni eos iubet (del. *iubet*) immunes nec albo senatorio contineri.

c. 16. Grammatici, rhetores, philosophi, ut medici immunitate donati functionibus omnibus liberentur.

Tit. 4.

c. 1. Architectos Africanis in partibus compelli iubet, ut fiant hi, qui liberalibus studiis infici meruerint immunitate concessa.

c. 2. Architectos per singulas civitates, ut alii artifices per singulas civitates immunitatem habere debere, quorum brevis subter adnexus est.

c. 3. His omnibus artificibus immunitatem impendit.

c. 4. De pictoribus loquitur, ut et ipsi et eorum uxores sint ab omni gravitate immunes.

Tit. 5.

c. 1. Navicularium ibi debere munus suum, ubi deget aut eius parentes.

c. 3. Navicularium excusationem non mereri, sed et patrimonium, si qui possidet, sub pondere naviculario excusabilem non esse.

c. 4. In hac urbe *d*) modo non tenet.

c. 5. Inutilis est.

c. 6. Navicularios mutuis vicibus angarios reipublicae facere.

---

c) C. Th. *magistri urbis Romae.* — *d*) Id est Romae. Cf. XII, 1, 46. XIII, 3, 5.

c. 7. Navicularios pro utilitate urbis Constantinopolitanae vacationem fuisse meritos.

c. 8. Inutilis est.

c. 9. Naviculariis annonas vectantibus prohibet impingi molestiam.

c. 10. Haec inutilis est.

c. 11. Navicularium fugientem munia suae iubet origini revocandum.

c. 12. Navicularios iubet *suum* forum non mutare, feminas vero, ubi adscriptae fuerint, ibi et debita debere persolvere. — *e)* Nota, ubi debeat mulier conveniri.

c. 13. Superflua est.

c. 14. Naviculariorum numerum tam intra orientem quam intra Aegyptum imminutum debere compleri a iudice designato.

c. 15. Qui honoribus muniri desiderat, equorum praestationem persolvet.

c. 16. Haec modo vacat.

c. 17. Navicularios esse iubet immunes.

c. 18. Iudaeos, Samaritanos ad naviculariam functionem vocari compescit.

c. 19. *Unum*quemque *in* mortui locum succedentem functionem ipsius debere persolvere. Habemus similem in libro duodecimo tituli primi.

c. 20. Magistratum ex naviculario corpore factum privilegio non carere, sed facultates habere liberas ei licebit.

c. 21. Navicularios honore imposito aut absolvi aut condemnari debere intra biennium.

c. 22. Honoratos debere de naviculariis disputare suae provinciae, qualiter unusquisque suae conditioni reddatur.

c. 23. Navicularios a vectigalibus esse immunes mercatoribus praedicto oneri sociatis.

c. 24. Superiori similis, ut navicularius immunitatem habeat a vectigalibus.

c. 25. Patris sui per hanc constitutionem firmavit.

c. 26. Haec confirmatio est vij et x; hic addit, ut susceptas species intra annum refundant, biennium propter tempestatem ideo voluit.

c. 27. Tertiam partem urbani canonis navicularios debere persolvere: Ut *col*lapsae *classes* iussu restituantur praefecti praetorio.

c. 28. Navicularios compelli iubet, ut singulae naves impositae pro certis speciebus fabricentur.

c. 29. Piratis praeda erepta erutos solidos naviculariis restituendos iubet.

c. 30. Privilegia naviculariorum intemeranda intemerata esse voluit.

c. 31. Decernit si melius aliquid naviculariis concedi servari (?) non potuit, impensa prius beneficia custodiri.

c. 32. Deminutis navarchorum coetibus augustalem admonet per insulas nave conquirere, per quas humanitatis (?) copia dirigatur, iubetque, ut si aliqua *navis* naufragium pertulerit, pro modiorum mensura navarchos ad restitutionem compelli.

c. 33. Capitali poena percutiendum esse, qui anfracto navigio species distraxerit inferendas.

---

e) A secunda manu.

c. 34. Navem qui retinet prospero flatu navigantem pendente quasi hieme cum civibus damni poena percutiatur, navarchos exilii poena directos.

c. 35. Navicularios suae origini restitui iubet, ut eorum heredes vel praedia necessitatem vel civitatis vel portuum impleant.

c. 36. Hodie inutilis est.

c. 37. Simili modo et sta (l. *ista*).

c. 38. Haec inutilis est, quia superiori est similis.

Tit. 6.

c. 1. Possessionibus comparatis *a* naviculariis subdere tum (?) navarchis non praeiudicat, sed si qui eas comparaverunt, functioni esse obnoxios.

c. 2. Patrimonium naviculariorum venditum naviculariis reddi praecipit. Haec contraria superiori.

c. 3. Praescriptionem annorum cessare inter litigantes. Quodsi ad domum regiam *f*) aliquid transitum fecit, oneribus subiacere naviculariis.

c. 4. Facultates naviculariae naviculario corpori debent sociari, si nolint domini functionem persolvere. Ceterum si persolverint, intemerate atque inconcusse possideant. Contraria secundae.

c. 5. Praescriptionem naviculariorum abscisam, si quid pro modo domus regia *g*) tenet, persolvat. Similis tertiae in fine.

c. 6. Praedi*orum* quocunque modo sive ad fiscum sive ad privatum perveniat dominium, liceat dominis actionem in rem habere; si tamen possidentes functionum onera non persolverint, liceat eis et melioratae possessionis tr... tendere et fructuum rationem perquirere.

c. 7. Possessionibus a naviculariis comparatis emtorem debere pro modo rei comparatae functionis onus subeundum (*subire*); nec enim de omni patrimonio navicularii loquitur, sed de re, quae antiquitus naviculario oneri subiacebat. Simili modo et de eorum domibus placuit. Quodsi et meliorata res fuerit, pro civitatis ornamento, effigies pristina debet attendi; quanti primitus valere poterat, non quantum meliorationis modernae conspicitur.

c. 8. Primae similis. Quodsi ad minus idoneos praedium fuerit translatum, auctores esse tenendos.

c. 9. Praedia distracta naviculariorum rursus eidem corpori restituenda *h*).

Tit. 7.

c. 1. Quinquaginta libras auri feriendos, qui naves a publica vectione cupiunt excusare.

c. 2. Sciant naves suas fisco sociari, qui sub praetextu nominis alieni de*bi*tas *na*ves cupi*unt ex*cusari.

Tit. 8.

c. 1. Quicunque oneri publico privatum superimponit, duplo damno perplectitur et naufragii et frumenti.

Tit. 9.

c. 1. Naufragans quis in quovis litore ipsius provinciae iudicem

---

f) C. Th. *domus nostrae.* — *g*) C. Th. *Domum etiam mansuetudinis nostrae.* — *h*) Omisi c. 10. summ. propter lacunas.

adeat, doceat sibi hoc manifestius contigisse, ut ille iudex ad praefectum referat, id est intra annum.

c. 2. Navicularius adserens pati naufragium, mediam partem nautarum quaestioni tradere eum oportere.

c. 3. Praefectum annonae pereunte nave debere tres de plurimis eligere debere (del. *debere*), de quibus quaestio fieri debeat, sed plus a gubernis *i*), quos vulgo dicunt, immorari perquirendo debeat. Quodsi absentes erant casu, ab aliis inquisitio fiat. Quodsi casu simul omnes tempestas obruerit, Constantinianam sequi prius de hac re elicitam sanctionem, ut qui naufragio remanserunt, ab eis fiat cognitio. Unde iubetur per quinquennium perscrutandum. Ut duas semicentesimas non accipiant hiemales. Placuit a Novembri mense usque ad Aprilem (?) et ab Aprili usque Octobrem navigationem fieri.

c. 4. Eiectam naufragii fluctibus navem non debere fiscus (?) cum possessoribus aut cum senatoribus, si minor fuerit iactura dispendii; sibi columem (?) illam fluctus ad terram eiecit aut suo absorta est pondere, tunc demum omnia debere restitui; ut prosecutores vel nominatores prosecutorum ipsos damna respiciant.

c. 5. Navicularios iubet audiri a praefecto annonae vel a vicario pro iis, quae naufragio perierunt, si mora aut negligentia intercessit.

c. 6. Navicularios Africae aliquid perdentes levato velo iubet audiri, ut si aliquo modo constiterit de naufragio *sus*cepisse, pro qualitate suarum virium esse mulctandum. Quodsi intra biennium oblato libello caussam audire iudex opportunum tempus audientiae praeteriens, damna resarciat, mediam partem oneris et alteram navicularius reddant.

Tit. 10.

c. 1. Pauperes gravatos sublimium oneribus pensionum per tabularum colludium pristinas tantum functiones exsolvant.

c. 2. Immunitatem capitationis Lyciis esse concessam.

c. 3. Qui vendere vel donare vult praedium, colonos in aliis praediis mutare non queat.

c. 4. Castimonialem virginem integrae vitae a functionibus immunem esse constituit, si innupta sane permanserit, et pupillis usque XX annorum (l. *usque ad XX annos*) positis *immunitatem* condonatam.

c. 5. Gravatum se *esse dicens* peraequa actione iudicem interpellet et doceat intra annum necessitate suam absentiam facere, si praesens, mensibus quinque.

c. 6. Pupillis vel viduis vel sa*nc*ti*moni*al*ibus* immunitatem decrevit, quamdiu ad tempus tutelare veniant, sed sacras virgines perpetuo excusandas *k*).

c. 7. In Sicilia (?) *l*) peraequatione facta si aliquis e dinumeratis moriatur, ubi plus aliquid censitum fuerit, debere eius nomine reputari; de absentibus vero iudicibus *rector* provinciae praesentatis partibus functionem confirmet, quia qui fugit, quandoque suae culturae poterit revocari.

c. 8. Omnes praecepit immunitatem non habere vel divinam domum infixa sarcina pensionis manere quietam.

---

i) C. Th. *circa magistros navium.* — *k*) C. Th. *et si quae se sacrae legis obsequio perpetuo dedicarunt.* — *l*) C. Th. *Sicubi.*

Tit. 11.

c. 1. Qui vites incidit pro censuum modo aut ramos arborum amputavit, capitali debere puniri exitio.

c. 2. Si quisquam peraequatorem suum contemserit aut per colonum aut per procuratorem, fixum censum imperiali exigi iussione.

c. 3. In omnibus territoriis civitatibus, qui aphanticum suum praedium fecerit, rursus recenseri debere; sane compensationem fieri debere omnium praediorum iubetque suo iussu nulli levamen functionis impendi.

c. 4. Gravatos peraequatorum ponderibus innotescere debere intra anni curriculum, minoribus vero et transacto anni spatio proclamandi licentia tribuitur, vel his qui reipublicae necessitate absentarunt.

c. 5. Herodem de peraequatione esse exemtum accessore dato; quod si quid fraudavit, fide idoneis rem sub probatione restituat.

c. 6. Iubet peraequatorem electum dirigere.

c. 7. Peraequatores si excesserint et honoribus carentibus et quadruplicatis annonis cum quadruplatione annonarum restituere iubet.

c. 8. Compensationem agrorum fieri debere a potentibus hominibus.

c. 9. Peregrini occupantes Romanam provinciam nullum beneficium m) accipiant, nisi eis principalis indulgentia concesserit; qui vero plus a concessa praeoccupavit, restituat.

c. 10. Peraequatores lustro directos nec non agentes eorum actus praefecti iussu oportere requiri. Contraria viij., ubi vero et annonas in quadruplum et damna provincialibus facta decreverat reddi.

c. 11. Discussorum vel peraequatorum gesta augustalitati parendo vel vicariativae comitivae iubet iniungi denegatque fieri illud, quod postea impetravit.

c. 12. Loca defecta rursus peraequari oportere et quidquid *praestare* possint, persolvant. Ipsos relevatos (?) aut dominis aut heredibus eorum, si voluerint, debere restitui; si autem inventi non fuerint, tunc vicinis vel peregrinis tradi dominationem oportere biennii immunitate concessa.

c. 13. Perpetuam peraequationem esse iubet Agapi.

c. 14. Querelante domino de agro suo etiam alias possessiones inspicere debere, ut compensatio fiat agrorum; ut postea nihil querimoniarum habeat sui patrimonii propter ...

c. 15. Competitor qui per subreptionem aliquid non accipit, dominio non careat, a peraequatore tradita iure possideat et ante acti temporis eum functionem non debere exigere. Quodsi privatus queratur de possessione a peraequatore tradita, apud ordinarium iudicem agat, ut receptam meliorationem possidenti restituat, iubetque intra duos menses experiri actionem.

c. 16. Hic de possessionibus loquitur, quae ante XX annos de recisione meruerunt sublevationis functionem, ut, si verum est, perfruantur.

LIBER XIV.

Tit. 1.

c. 1. Librarios vel fiscalium ordine praecedentes vel censuales, maxime scholasticos, quos fama praesertim commendat elogio.......

---

m) C. Th. *nullus ex his agris aliquid — mereatur.*

c. 2. Curialium concessa privilegia permanere.

c. 3. Antiqua custodiri decurionum privilegia, ut nova concessa. Ut duo decuriones de singulis civitatibus fiant. Quodsi lis emerserit, ipsius iudicem interpellari debere.

c. 4. Iudices monet decurionem iniuriis minime lacerare neque a commodis segregare.

c. 5. Secundae similis.

c. 6. Superiori similis.

Tit. 2.

c. 1. Superiori par.

c. 3. Suffragium indultum populis n) permanere.

c. 4. Romanos cives in peregrinis positos suo debere revocari officio.

Tit. 3.

c. 1. Pistor, qui excusationis intuitu res suas vendens se celavit et illas amittit et officio suo non caret.

c. 2. Pistoris filiam uxorem accipientem eadem conditione teneri; ad aliud corpus vocari eorum non debere patronos, caudicariis segregatis.

c. 3. Pistorum casas o) rusticas vel urbanas, quas privato iure pistores possident neque senatorem neque officialem comparare posse, stupariis (?) p) comparare permissum, apud praefectum annonae contestatione deposita; sed de hac licentia exceptus est gradus descendens successione mansurus (?); quodsi et officium sponte susceperint, in hereditate vel donatione mansuros.

c. 4. Senatores ex pistoribus factos debere in eodem loco alium subrogare.

c. 5. Pistorum filios usque ad XX. annum immunitatem habere; idoneos in eorum loco ordinari oportere illorum periculo patronorum; quamdiu pupilli completo tempore paterno succedant officio.

c. 6. Pistorem non habere licentiam excusandi.

c. 7. Completo lustro principationis q) quietem habere omnia, quae iuri debentur pistorio.

c. 8. Officii curam esse, ne quis pistorum subterfugium faciat, ne officina deserta remaneat.

c. 9. Libertinos loco catabolensium succedere, si substantia triginta librarum argenti *aestimatione* colligitur, id est, in variis speciebus.

c. 10. Liberticulos, cumque a dominis specialis quid lucri aut societatis habuerint, pistrino sociandos, sin minus, catabolensium corpori coniungantur, quod si alii fuerint coniuncti corpori, subtrahendos.

c. 11. Pistor ad ecclesiam fugiens *ad* servitium revocandus.

c. 12. De provinciis venire pistores a quinquennio in quinquennium, quodsi gratuite, quodsi iudices suo tempore dirigere despexerint, esse obnoxios et quod, dum venerint, coram officio acta testantur.

c. 13. Dotes vel hereditates vel res quoquo pacto exinde egredientes rursus ibidem revocari absque illa, quae ad illos ex privato iure pervenit. Quodsi etiam sta (l. *ista*) in alterum pisto-

---

n) C. Th. *corporatis.* — o) C. Th. *praedia.* — p) Ita Cod. Fortasse leg. *sed aliis.* — q) C. Th. *unus prior e patronis pistorum.*

rem conterat, licentiam habeat; quodsi privatus aliquid a pistoribus accepit, pistorio iuri reddi debere.

c. 14. Pistoris filiam acceptam et dilapidatis rebus dotis eiusdem eidem conditioni adstringi (?).

c. 15. Reiectum quemque pistorem a praefecto annonae nemo reformandum (?), quia haec lex iudiciaria decoctoribus etiam dominatur.

c. 16. Perdito de horreis frumento pistores satisfacere debere, neque tantum in frumento, sed in quacunque specie, dummodo pretium persolvatur.

c. 17. Haec inutilis est.

c. 18. Qualiter lege sancita privilegia serventur decuriis, ita mancipiis non minui.

c. 19. Deficientibus pistorum praediis peraequatorem mandari, qui sublevatione collata idoneis ea conductoribus tradat.

c. 20. Pistor adscriptus pistorum in numero gestis a iudice ordinario imperialia rescripta si meruerit excusationis, esse in cassa.

c. 21. Pistorum hereditates neque ad privatas neque ad thymelicas per coniugium transire personas; in hac re si beneficium subripiens mereatur principale, viribus careat.

c. 22. Pistorem prohibet a nullo molestiam sustinere.

Tit. 4.

c. 1. Corpus suariorum deficiens praecipit; ut substantia r) careant; suariorum aut nominatores sint aut profiteantur, quemadmodum in naviculariis contigit.

c. 2. Possessori fiducia data est, utrum porcos an ad pretiationem s) persolvant, sed ita debet dare possessor pecuniam, quemadmodum usus publicus habet. In aliis locis iubet, quia aequalia non sunt pretia, ipsa praestare porcorum corpora et ad praefectum debere referri. t)

Tit. 7.

c. 1. Minutis collegiis vel collegiatis, ubicunque sunt longingua in civitate revocari; praecipit, ut ubi impar est coniugium et matris pars superior u), agnatio matrem, ubi vero par, patrem sequatur. x)

LIBER XV.

Tit. 1. y)

c. 1. Iudices ornamenta civitatum ad alias non transferre.

c. 2. Iudices labentia moenia publica renovent.

c. 3. Iudices nova *opera* non incipere, nisi prius a decessoribus suis inchoata perfecerint.

c. 4. Ab horreis publicis centum pedes longe aedificari oportere pro incendio.

c. 5. Datis a iudicibus immunitatibus publicorum operum inquiri eorum nomina praecipit et principi publicari mercimonia.

---

r) C. Th. *facultates proprias suariorum etc.* — s) pro *aestimationem.* — t) Seqq. constitt. usque ad Tit. VII. nulla est interpretatio. — u) vv. *et — superior* non inveniuntur in C. Th. — x) Deest omnis interpr. usque ad Libr. XV. — y) Omisi summaria c. 21, 35.

c. 6. Quae expenduntur operibus publicis imputanda.
c. 7. Senatorum praedia excipienda ab operibus publicis.
c. 8. Concessa est licentia iudicibus domos suas praetoria facere
c. 9. Quicunque apud Aegyptum super ergasteria publica aedificaverit, inconcussa manere.
c. 10. Publicum opus qui subreptione meruerit, fructu careat.
c. 11. Praefectum non debere aliquid novi incipere, nisi cum iussu principis, labentia renovare concessa fiducia.
c. 12. Horrea vel portus publicos in usum privatorum transeuntes debere restitui; ut frumenta publica situ non pereant; de restitutis annonis; qui vero eadem *horrea* diruerint, ad reparationem pellendos.
c. 13. In Dacia Ripensi administrantes labentes turres reparare; quodsi non fecerint, administratione deposita de suis facultatibus renovandas.
c. 14. Superiori primae similis prohibet iudices, qui dum instaurationem cupiunt moenium facere, marmora vel columnas pretiosas subtraxerint cum signis, neque iudicem fabricare sine principis iussu.
c. 15. Superiori similis.
c. 16. Superiori in capite similis; verum reparatio si fit veteris, ad antiquam effigiem revocanda.
c. 17. Similis superiori et sextae, sed illa in solutum, hic in specie.
c. 18. Civitas si tertiam partem in moenibus non habeat, de cuius pensione reparatio fieri *possit*, tunc demum de alia civitate, quae habet tertiam partem, aedium instauratio fiat.
c. 19. Similis sextae hoc *plus habet*, ut, si quis instaurare desiderat opus aliquid sine iussu principis, suis pecuniis absolvat.
c. 20. Duabus partibus pereuntibus sive incuria *sive vetustate*, instaurationem *iudex* praestet.
c. 22. Praescriptionem temporis iuri publico non obesse; ut quaecunque a privato facta sunt, destruantur.
c. 23. Nullum excusari debere a portus et aquaeductus instauratione. Contraria est septimae.
c. 24. Eos qui pecunias publicas accipiunt vel supra opera sunt constituti, usque *ad* quindecim annos esse obnoxios, absque his casibus, quos in fortuita praestant.
c. 25. Quicunque decus civitatis moenibus constitutum suis aedificiis obstruxerit, ac si rescriptum meruerit, fructu careat.
c. 26. Civitates priores reparationem in civitate moenium facientes sive de proprio sive de vectigalibus, debere minores ad collationem constringi.
c. 27. Tertiae similis undecimae ut .... et XX duas addi*t* .... ut si quis contra principi*s voluntatem opus* fecerit et expend*erit* .. ta e sua proprietate restituat.
c. 28. Superiori similis.
c. 29. Omnibus, dum sit similis, potior.
c. 30. Opus domus instruendae, si quando iussu principis fit; ut domus distructae pretium auri solidos trecentos sit; quodsi domus excelsior est, principi referendum.
c. 31. In factum opus a iudice non suum nomen sed imperatoris scribi; quodsi quis sine principis iussu fundamenta iecerit et suis illum complere viribus et de provincia non discedere, nisi opere perfecto.
c. 32. In moenibus publicis cadentibus vel thermis tertiam partem debere *de reditibus* reipublicae *ad* reparationem praestari.

c. 33. Superiori similis, ut tertia pars functionis z) ad reparationem praestetur.

c. 34. Admoneri omnes iudices vel curiales sive incolas in reparatione antiquorum vel novorum erectione, ut singuli adscriptionem pro virium suarum qualitate perferant.

c. 36. Ex demolitione templorum, sicut sacra iussio continet, instaurationem praestari debere.

c. 37. Primae et quartae decimae similis, sed hic etiam de aere addidit; condemnationem manere ordinis civitatum, qui patiuntur iudicem furandi cupiditatem suam implere. Stabulorum fabricas pro sua laude complendas.

c. 39. Aedificia, qnae sibi propius iunguntur, aut a) propter furtorum casus aut propter incendium elidi.

c. 40. Petitoribus publicorum moenium diruta vel distructa vel quae in usu civitatis non sunt, tradantur.

c. 41. Publica aedificia vel iuris templorum posita intra muros sine censu, curiales cum collegiatis teneant, repulsis competitoribus ab eis, qui aut locum publicum aut aream per sacrum rescriptum meruerint, si tamen ornatus civitatis non obstat. Palatinis in his locis caussam non esse; quodsi quis aut aream aut locum vacantem petierit, ad iudicem ordinarium dirigatur, ut si sine ipsius colludio factum sit, provinciales periculum respiciat. Pensiones, quae a competitoribus statutae sunt, reparationi moenium proficiant.

c. 42. Ergasteria Eudoxiopolitanae civitatis civitati contulit.

c. 43. Publica loca ita imperat, ut ne quid civitatis ornatui aut commodis impediat.

c. 44. Praefecto licere seu porticum vel quaslibet aedes senio fatigatas instaurare, depositis principum imaginibus tam praesentis quam actorum sine periculo.

c. 45. Tabulata auferri debere de porticibus, adscensus lapideos fieri debere.

c. 46. Aedificia privata a publicis separari, quindecimque pedum *spatio* a publicis esse longinqua.

c. 47. Locum privatum palatio iunctum destructis eodem loco moenibus palatio sociari.

c. 48. Ornamentum civitatis antiquum novitate mutari non debere futurique temporis vectigal imminui non debere.

c. 49. Murornm constructioni et specierum deportationi omnes debere constringi, sic tamen ut pro modo possibilitatis exigatur.

c. 50. Non tenet, est enim inutilis.

c. 51. Turres muro completo novo eis debere concedi, in quorum spatio b) muri facti sunt, ut etiam, ad quorum usum hae turrulae perveniunt, turrium instaurationem perficiant.

c. 52. Pensionem domorum vel officinarum Zeuxippi luminibus et reparationibus proficere.

Tit. 3.

c. 4. Superiori contraria.

Tit. 5.

c. 1. Spectacula non in iudicum potestate esse, sed magistratus, ut non ad civitatem aliam transferantur.

---

z) C. Th. *canonis.* — a) C. Th. *insidias vicinitas reformidet.* — b) C. Th. *per quorum terras.*

c. 2. Terminus spectaculorum iudicibus positus est, quo tempore ludos spectent.

c. 3. Similis primae, ut aurigas, mimos, equos de alia provincia in aliam, vel de civitate in alteram non transferant.

c. 4. Facultatibus minutis Delphorum iubet, *ut* unusquisque, prout virium ipsius facultas suppetit, ludorum praebeat officium.

c. 5. Designat dies, quibus ludi non exerceantur.

Tit. 6.

c. 1. Maiumam sine turpitudine celebrandam.

c. 2. Ludorum festivitatem maiumae relaxandam.

Tit. 7.

c. 1. Scenici vel scenicae aut baptizati aut in locum poenitentiae accepti in scenam non debere revocari.

c. 2. Filiae scenicorum vel scenicarum, quae probabiliter vixerint, a vexationis subreptione salventur, vitam parentum habentes scenae revocari.

c. 3. Inutilis est.

c. 4. Discre*tionem mulierum* fecit; quae sc*enica officia declinarunt*, deputentur *ludicris ministeriis*; thymelicam et quae christianae sint *non* edi, *et quae meliorem* vivendi *usum* exercent, vel quas imperialis iussio segregat.

c. 5. Mulctari praecipit eum, qui thymelicam abstraxerit.

c. 6. Nobilissimos equos vel palmares voluptatibus inservire, quam(?) pro eli... *v*ictoribus dari.

c. 7. Equos *c*) circenses circo vacare. Similis superiori.

c. 8. Mulierem, quae obtentu christianitatis dimissa est, si animo postmodum intelligatur esse, quo fuerat, perpetuo revocandam.

c. 9. Scenicarum filias ludis tradendas et quae gloriae christianitatis ignarae sunt.

c. 10. Hodie vacat.

c. 11. Inutilis est.

c. 12. Picturam scenicorum deleri, ubi principis constituitur.

c. 13. Mimas suo debere officio revocari.

Tit. 8.

c. 1. Inutilis est.

c. 2. Superiori similis est.

Tit. 9.

c. 1. Solis licere consulibus et vestem holosericam et depticas deauratas (l. *dyptica deaurata*) dare.

c. 2. Iudices amplius in ludis a duobus solidis non dare, ne curialium vexetur facultas. *d*)

Tit. 14.

c. 1. Licinii constitutiones removendas.

c. 2. Quaecunque gesta sunt, infirmanda.

---

c) Interpretatio suspecta. C. Th. *Eos.* — *d*) Sequentium Titt. 10—13. non sunt summ.

c. 3. Rescriptum *contra ius* tyranni non valere *legitimis* eius *rescriptis minime impugnandis*.

c. 4. Naviculario oneri a tyranno datos suis natalibus restituendos.

c. 6. A tyranno quisque honore donatus statui pristino revocandus.

c. 7. Iudicia tyranni temporibus destruenda quae gesta sunt.

c. 8. Haec in Galliis data est, quintae similis, sed etiam ea quae gesta sunt, de scriniis publicis amputanda absque illis, quae pactis conventis gesta sunt contra partes.

c. 9. Emancipationes, libertates, donationes gestis peractae, testamenta, venditiones privatorum, sententiae iudicum, reactiones solemniter gestae, professiones, contestatio procuratorum, tutorum datio, donatio in sponsam facta, de vi et metu actio perseverent, perdita *) bonorum possessio et de adeunda hereditate (l. *affectus adeundae hereditatis*) obtineat et prodicti (l. *interdicti*) beneficium. *In* integrum restitutionis auxilium, vindicatio rursus tribuatur, optata locatio vel conductio, interdictio, inofficiosi actio et in parvis rescissio donationum, facta beneficia sacramento peracta, pignoris vel fiducia privata placita, si tamen nec terror nec circumscriptio est, consulum illorum temporum nominibus amputatis, salvis illis orientalibus.

c. 10. Acceptos fundos rei privatae non a iudicibus sed a rationalibus rursus rei privatae restituendos.

c. 11. Veniam rescriptis impensam omnibus hominibus absque his *e*) qui aut militaverint aut iudices fuerint vel quicunque honore donati sunt.

c. 12. Quos tyrannicus dolor pollutione honoris infecerat, splendidiores imperiali lumine redditi, antiquis restituantur honoribus.

c. 13. Amputatum Heracliani nomen iubet esse cum gestis, libertatibus perdurantibus.

c. 14. Quaecunque belli tempore commissa sunt, impunitatem mereri hic demonstrat, quia peccatum non est, si quisquam quid gerit invitus.

LIBER XVI.

Tit. 1.

c. 1. Christianos paganorum templis non esse custodes.

c. 2. Iubet Byzantiae populos beatorum Petri et Pauli semper in Christo tenere doctrinam, quemadmodum Romani populi piam vel venerandam doctrinam.

c. 3. Episcopis orthodoxis ecclesias omnes tradi praecipit, qui trinitatis catholicae fidei gratiam tenent, nominat etiam unumquemque suae civitatis episcopum.

c. 4. Superius de ecclesiis, hic de collectis annectitur.

Tit. 2.

c. 1. Clericis vexatis ab haereticis functione imposita *alios* subrogandos nec alios in eorum locum sublevandos (?).

---

*) C. Th. *amissa,* quae lectio non debebat impugnari. Ex cod. summ. apparet, ibid. legendum esse *emancipatio.* — *e*) Hoc summ. pugnat cum C. Th.

c. 2. Superiori similis. Clericis iubet munerum molestiam amputari.

c. 3. Omnibus clericis immunitatem permittit, sic tamen, ut volentes declinare curiam suae restituantur origini, clericosque non divitum decurionum filios fieri debere, sed pauperum.

c. 4. Licentiam tribuit unicuique bona relinquere sua cui velit testamento.

c. 5. Quicunque orthodoxum impellit beneficium idolis exhibere, si vilis persona est, fustibus verberetur, si nobilis, rebus eius pro ..... mulctatis fisco socientur.

c. 6. Clericum de curialibus nec fieri et si ex plebe fuerit factus in locum defuncti, quodsi repertus fuerit idoneus et ex pia pie (?) cleri alium (?) descenderit, tradi debere.

c. 7. Clericos, Orientis instar, quibus haeretici molestiam impinxerunt, relaxandos.

c. 8. Non solum immunes fieri clericos, verum etiam et ipsorum domos *f*); sed etiam victualium negotiatio fiat.

c. 9. Superiori similis hoc addit, ut si filiorum ipsorum obnoxietas non sit, excusationem impendi.

c. 10. Clericos praecipit tam ipsos quam filios vel uxores vel mancipia et a muneribus et a pensionibus vel a vectigalibus esse immunes cum suis ergasteriis (?), sique exinde eleemosynas faciunt, non eadem in lucrum convertant.

c. 11. Superiori similis, sed hic discretionem filiorum fecit, si minus idonei sint aut si minores sint.

c. 12. Episcopos in iudicium prohibet evocari, ut non laicorum sed episcoporum fiat iudicium.

c. 13. Superiori similis.

c. 14. In capite superioribus similis vel et haec ab omnibus differt, quia et filiis et filiabus immunitatem impendit.

c. 15. Possessiones ecclesiae ab functionibus pensionum esse immunes; hic rursus contraria est omnibus. Dicit, si paupertatis caussa clerici negotiationem faciunt, tunc esse immunes, si qui vero in breve negotiatorum *g*) descriptionis tempore inventi sunt, munia persolvant; si qui vero possident, reditus eorum ad collationem debere compelli pensionis solvendae.

c. 16. Christianis scribit, qui aut derelicta militia fideles facti sunt aut propriis bonis contemtis.

c. 17. Confugientem ad ecclesias diversum populum (l. *divitem plebeium non*) suscipiendum.

c. 18. Ordinationem Constantini contra paganos debere valere.

c. 19. Clericum, qui claruerit decennio in ecclesia permanere esse immunem, ita ut nec a curia postuletur.

c. 20. Religiosum vel clericum domum viduae non debere intrare neque in hereditatem ei succedere nec per subiectam personam, si qui iure non adiuvantur.

c. 21. Similis superiori.

c. 22. Vicesimae similis.

c. 23. In civilibus caussis qui mos est etiam et in ecclesi*astic*is custodiri debere, in criminalibus vero ad iudices extraordinarios deferenda.

c. 24. Muneribus personalibus esse immunes hos, quos sanctio legis commemorat.

---

f) Ch. Th. *mancipia vestra.* — *g*) C. Th. *matricula.*

c. 25. Divinam domum qui per negligentiam aut ignorantiam violant, sacrilegium admittunt.

c. 26. Nullum servitorem ecclesiae molestiam pati.

c. 27. Diaconissam sexagenariam fieri secundum ecclesiae *sacros* canones. Ea quae vel filios educavit aut domum suam bene gubernavit, cuius vitae castitas fuit, mortis atrocitas fetens(?) lascivia(?) curatoribus filiis ordinatis, si aetas admiserit, reditus acceptos vel largiatur donatione, vel conferat moriens, ut ei placuerit, testamento, custoditis monilibus vel argento cum supellectili, filiis aut propinquis donatura, sic tamen, ut nec ecclesiam nec clericum nec pauperes heredes adscribat neque per tacitum fideicommissum, vel si qua per epistolam codicillumve donatio facta est, liberalitas in cassum habeatur. Quodsi tonsam mulierem episcopus intra suam ecclesiam viderit, suo loco deiectus fiat extorris.

c. 28. Superiorem evacuavit.

c. 29. Privilegia, quae primitus statuta sunt, suae legis promulgatione confirmat.

c. 30. Superiori similis.

c. 31. Revocat temerarios impetus proruptionis ecclesiis facere, ut exquisitos et iudici traditos convictosque capitalis poena percutiat; licere unicuique crimen sacerdotale defendere. Quodsi armis aut difficultate se locorum defendat, comes cum militibus veniat, qui superatum cum gladio puniat.

c. 32. Deficientibus clericis ex monachis fieri, ingenuos publicis privatisque personis(?) probatosque vult ordinare.

c. 33. Clericos in quibuscunque locis fieri de superius dictis debere, non de aliis; ut pensionis capitationem persolvant vel fisco vel dominis.

c. 34. Privilegia ecclesiarum neglecta mulcta percuti auri librarum quinque.

c. 35. Episcopali quencunque loco deiectum, si contra vetitum facere aliquid ausus fuerit, centum millibus exsulandum ab eadem civitate, quam polluit.

c. 36. viij similis.

c. 37. De clericis, qui pro incendiorum reis carceri tenebantur, relaxandis suisque provinciis debere restitui, iubetque omnes clericos urbe pellendos.

c. 38. Superioribus similis, sed hoc plus habet, ut si qua sunt impetrata, non per clericos, sed per scholasticos insinuentur iudicibus, ut non solum intra civitatem hoc sacramentum legis sed etiam per provinciam .....

c. 39. Clericum officio suo indignum ab eodem repelli; ut qui, quod professus est, abiecit, curiae societur, sane ut patrimonium eius vel suo ordini vel collegio civitatis adscribatur; decem primos, qui conniverint, binas libras auri feriendos.

c. 40. Patrimonia ecclesiarum a muniis omnibus esse immunia, tantum canonibus pro necessitate subiacentia.

c. 41. Clericos non nisi apud episcopum accusandos, omnes vero gradus honoris inferioris, ut non verbis, sed documentis accusentur. Quomodo illius qui accusat, si non docuerit, famae propitiae (l. *propriae*) esset damnosum, ita, si docuerit, carebunt accusati honore, perpetuo induti deformio (?), ab ecclesiis segregati atque repulsi, has vero caussas episcopi in conspectu multorum fidelium audituri.

c. 42. Referentibus Alexandrinis propter parabalanos jubet clericos caussas cum publico non habere, iubetque quingentos paraba-

lanos haberi pauperes, ut ab omni actu publico sint immunes vel ab omni fori observatione; in locis vero defunctorum Augustalem debere substituere.

c. 43. Superiori similis, sed hic alios centum addidit.

c. 44. Clericis absque matribus, sororibus, filiabus habitandi non esse concessum, sic tamen, cuius morum fidem disciplina probavit, abiectis extraneis, sed etiam his carere uxoribus, quae antea fuerunt eis, quam diaconi fuissent.

c. 45. Antiquitatem cum canonibus in Illyrico praecipit observari.

c. 46. Superiori similis de privilegiis clericorum.

c. 47. Restituta ecclesiis privilegia cognoscant sibi etiam restituta sacerdotes vel clerici, quae tyrannus abruperat.

Tit. 3.

c. 1. Monachos heremi secuturos solitudine commorandos linquere (?).

c. 2. *In* urbibus accessum monachis tribuit, quem antea denegaverat.

Tit. 4.

c. 1. Poenam luituros, qui per contentionem legis seditiones concitant populorum.

c. 2. Superiori similis, ubi prohibet venientes in publicum non de religione mutilare (?).

c. 3. Primae similis.

c. 4. Qui tumultuose ecclesiam ausi fuerint turbare, honore perdito proscribantnr.

c. 5. Nummulariorum servos tumultuosos esse prohibet, si qui autem nummularius servum suum a seditione non prohibuerit, ipse tres auri libras mulctandus est, servis punitis.

c. 6. Admonet iudices, ne qui starum (l. *istarum*) sectarum homines dimittat in ecclesias, qui violentiam ecclesiis faciant, absque his, quos commemorat christianos *h*).

c. 7. (5, 16). Contra Arrianos prolata est, qui similem orthodoxorum formam contra catholicos proferebant, ut ulterius non audeant.

c. 8. (5, 17). Eunomianos testamentum facere prohibet, ut quidquid demiserint morientes, tamquam in caducum fiscus heres accedat.

c. 9. (5, 18). Manichaeos urbe pellendos nec testamenti habere licentiam.

c. 10. (5, 19). Clerici omnes, qui sub nomine christianitatis in quibuscunque locis reperti fuerint, ipsis pulsentur de finibus.

c. 11. (5, 20). Exemplum sacrarum literarum de haereticis. Superioribus similis, sed hic et clericos et laicos pari iussione conclusit, ut nunquam conventicula in urbibus vicinis faciant.

c. 12. (5, 21). Clericos alterius sectae nu*nquam* ordinari debere, *qui* si reperti fuerint suscepisse ..... fisco . d ...... sciente domino, si ignorante domino, decem libris esse auri conductorem fundi

h) De lacuna, quam codex h. l. habet, cons. praef. Numeri uncis inclusi significant locum, quo singulae constitutiones summariis instructae in Edd. leguntur.

mulctandum, servum fustibus caesum exilio deportandum; quodsi in domo regia *i*) connisi fuerint, villicum dominum decem libras auri mulctandum, pari modo ipsos haereticos.

c. 13. (5, 22). Superiori similis.

c. 14. (5, 23). Contraria octavae (5, 17); ibi testamenti denegaverat factionem, hic concessit.

c. 15. (5, 24). Duodecimae et xiij (5, 21 et 22) similis.

c. 16. (5, 25). Similis octavae (5, 17), xiiij (5, 23) contraria adversus Eunomianos.

c. 17. (5, 26). xij (5, 21) xv (5, 24) et xiij (5, 22) similis.

c. 18. (5, 27). Similis xiiij (5, 23).

c. 19. (5, 28). Haec adversus Euresium haereticum prolata est.

c. 20. (5, 29). Nullum alienae sectae militare praecepit, atque ubi reperti fuerint, cum eis, qui subrepticie eis concesserunt, defunctis honoribus *k*) urbe pellendos.

c. 21. (5, 30). Haereticos iubet urbe pellendos, et si quando in locis constitutione commemoratis reperti fuerint, officium eius centum libras auri mulctandum, vel .... quod de ....ones vel *publice*, faciant vel abscondite.

c. 22. (5, 31). Similis viij (5, 17) et xvj (5, 25).

c. 23. (5, 32). Superiori similis, ut auctores, doctores, quicunque eorum investigati fuerint, hisdem pellantur de finibus.

c. 24. (5, 33). Doctores Apollinariorum e civitate pellendos, domos vero, in quibus reperti fuerint, fisco sociari debere.

c. 25. (5, 34). Montanistas vel Eunomianistas urbe pellendos, qui si reperti fuerint rure scaevae doctrinae frequentiam populi colligere, exilio deportentur; procurator capitali *l*) poena puniatur, dominus possessionis privetur dominio, si scierint. Post praeceptum legis datum, ubicunque reperti fuerint, res eorum fisco vindicentur, dominus dominave suo privetur domicilio, illorum vero codices inventos in conspectu iudicum incendio concremandos; si qui vero ipsorum codicum occultator fuerit et proditus fuerit, capitali supplicio puniendum. Octavae (5, 17), sextae et decimae (5, 25) ac iixx (5, 27), iij et xx (5, 32) similis.

c. 26. (5, 35). Manichaeos perditionis animadversione tradendos vel eorum occultatores.

c. 27. (5, 36). Haec varia est. In capite iiij et X (5, 23) et viij et x (5, 27) similis et viij (5, 17) contraria. In fine quintae et vicesimae (5, 34) similis, xxiij (5, 32) et xxij (5, 21). Episcopos *m*) ipsorum ablatis illorum bonis omnibus deportandos.

c. 28. (5, 37). Adversus Donatistas, ubi rescriptum meruerant a principe Iuliano cum confectione gestorum, in quibus a nostris catholicis *n*) sunt superati, omnibus civitatibus locisque positorum innotescere provincialibus omnibus.

c. 29. (5, 38). Adversus Donatistas Manichaeosque proposita, ut nullus contra quae sunt ordinata memoret, nisi tantummodo, quod Christus diligit dilectam sibi conjugem fidem.

c. 30. (5, 39). Superiori similis, ut ubicunque Donatistae reperiuntur, gravioribus arctari suppliciis.

c. 31. (5, 40). Haec adversus Phrygas, Manichaeos, Priscillianistas proposita est, ut eos repertos tanquam sacrilegos iudicet,

---

i) C. Th. *villa dominica*. — *k*) C. Th. *non solum militia eximi*. — *l*) C. Th. *ultima animadversione*. — *m*) C. Th. *ministri sceleris, quos — antistites vocant*. — *n*) Vv. *nostris catholicis* indicant auctorem catholicum fuisse.

id est, publici criminis reos, bonis eorum proscriptis, sic tamen, ut illorum parentes successionis habeant facultatem, patribus, fratribus, filiis sane, si cum ipsis et ipsi non commisceantur, eandem facultatem concessam; illis nec donare nec donari nec succedere licere, neque contrahendi habere licentiam, testamentumque irritum sit *in* gra*dib*us iuris dinumeratis; sic tamen filios succedere, si poenitentiam egerint. Servos, si conscii non sunt, extra culpam esse, si poenituerint, hos dominis praeferendos. Quod si servus sciente domino et non prohibente contraxit, fisco sociandum; actorem vero vel procuratorem plumbum debere contundere, idoneum actorem deportatio suscipiat, judicem despicientem vel differentem X librarum auri feriendum, defensorem, singularum *urbium principales*, officia decem librae constringant.

c. 32. (5, 41). Iubet omnes sectas admonitas ad catholicam fidem, antequam eas poena constringat, debere converti; quodsi etiam in poenis positi emendare se dixerint, poenitentibus deberi parci, ut, qualiter poenae sunt obnoxii, qui poenitere desierint, ita conversis puro corde parcendum legumque praestare officium.

c. 33. (5, 42). Qui catholicae fidei filii non sunt, militare non debere.

c. 34. (5, 43). Eorum aedificia, ubi ritus suos celebrant, non sanctitate sed turpitudine ecclesias fieri, eos vero poena constringat.

c. 35. (5, 44). Haec adversus Iudaeos Donatistasque proposita est, qui cupiebant legem catholicam turbare.

c. 36. (5, 45). Defensores locorum vel curiales cautelam investigationis habere debent, ut ubi alicuius sectae absque catholica fide concursus fit, eos cum domino proscripto detrudi exilio, rebus ipsius fisco sociatis.

c. 37. (5, 46). Superiori similis, sed hic etiam paganos addidit, ut si .... non fuerint iudicibus subiacere, iudicesque eorum si insequi eos desierint, graviorem motum principis sustineant, officia vero XX librarum auri mulcta feriri.

c. 38. (5, 47). Constituta adversus catholicam fidem effectu careant.

c. 39. (5, 48). Montanistas, Priscillianistas militare non debere, si qui vero ex curiali genere aut cohortalino descendit, functionibus et obsequiis constringitur secundum *legem* superius latam, ubi praecipit eos ab omni contractu esse detentos.

c. 40. (5, 49). Haec omnibus novissima est adversus Eunomianistas proposita tantum eis concedit ab intestato succedere; si heres nullus exstiterit, tunc ad fiscum pervenire; donationes, quae in eis fiunt, ad fiscum pertinere iubet.

c. 41. (5, 50). Ut si .... bus .. res .... periculum nulli fraudi aliquid ......

c. 42. (5, 51). Quaecunque sectae obrepserant, legum sanctitas in eis et poenam sanguinis et proscriptionem exercet.

c. 43. (5, 52). Haec adversus sublimiores homines proposita est; qui Donatistarum sectam secutus est, idem gradatim secundum gradum honoris sui *puniatur;* inlustris pondo L, spectabiles XL, senatores auri libras XXX, clarissimi auri pondo XX, sacerdotales auri pondo XXX, principales auri pondo XX, decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque, plebeii auri pondo quinque, circumcelliones auri pondo quinque; unde exactis actoribus ipsi pro eis persolvant, ita ut nec homines domus regiae o) excu-

o) C. Th. *domus nostrae.*

sentur uxoresque eorum maritalis poena constringat, proscriptio capiat non corrigentes. Servos colonosque verberum poena constringat; clerici eorum per singulas singuli dispersi sint provincias; possessiones ecclesiaeque eorum dominio matris ecclesiae ratae sint.

c. 44. (5, 53). Contra Iovianum haec scripta est, qui sacra sceleratissima extra muros urbis Romae celebrabat, ut plumbo caesus cum suis omnibus deportetur.

c. 45. (5, 54). Donatistas percelli iubet poena infamiae, segregatosque eos a coetibus honestissimis, ipsaque loca, in quibus reperiuntur, ecclesiae catholicae contradi, ut exspoliati substantia *p*) per singulas singuli provincias dispergantur, illorum nomen probri sit, ut episcopi eorum suique cleri inferioris gradus. Quisquis eos *fugientes susceperit*, proscriptis bonis ipsius omnibus poena quae *contra eos* proposita est, ipse percutiatur, pecuniaria poena viris mulieribusque irrogatur. Si qui primi ordinis reperitur non catholicus, ducentas libras argenti feriatur et rursus, si ibidem repertus fuerit, tantas eum debere fisco persolvere; quodsi damnis totiens emendatus corrigi noluerit, proscriptionis passus spolium, de statu eius ordinetur. Senatorem nullis munitum privilegiis centum libras argenti luiturum, sacerdotalem decem, primi pariter curialium L, reliqui decuriones X, conductores domus regiae, ubi id ipsi ante permiserint, quantum modo pensionis persolvunt, tantum poenae subituros, conductoresque *privatorum* si permiserint, iudicibus referatur, ut conventi domini aut corrigant aut fisco socientur. Officiales XXX libras argenti feriendos, ita ut si quinquies reperti emendare despexerint verberati exilio detrudantur. Colonos, servos mulctatos caedibus, si emendare noluerint, tertiam partem amittere peculii et quidquid collectum fuerit, sacro aerario contradatur.

c. 46. (5, 55). Gestorum acta confirmat, quae contra Donatistas et pro catholicis gesta sunt.

c. 47. (5, 56). Contra omnes haereses, ne qui contra fidem superbus hostis existat.

c. 48. (5, 57). Quicunque Montanistarum ausi fuerint episcopos vel inferioris gradus clericos ordinare, deportationis poena plectendos. Similis haec est, ubi de Eutychianis*) praecipit, id est xxv (5, 34).

c. 49. (5, 58). Eunomianorum domos, in quibus sacra turpitudinis vel sanctitatis celebrant, fisco sociandas; qui alii homines accepto baptismate rebaptizantur, exilio mancipentur. Ut nusquam clerici ordinentur neque intra urbem neque extra urbem. Superioribus haec contraria non liceat Eunomiano in Eunomianum testari nec donationes sibi facere liceat, illosque iubet in hereditatem succedere, quibus iura consanguinitatis permittunt, et conventicula eorum ubicunque reperta fuerint, domus vel casa fisco vindicetur, iubet etiam dominos utrarumque rerum, qui prohibere noluerint, sibi imputare, clericosque eorum, ubi reperti fuerint, deportari.

c. 50. (5, 59). Haec adversus omnes haereses conscripta est, adversus Manichaeos, Phrygas, Priscillianistas, Arrianos, Macedonianos, Eunomianos, Novatianos, Sabbatianos. Generali hac constitutione omnia eis denegari, quae prisca constituit auctoritas principalis, prodi..taque si non custodierint, puniendos.

c. 51. (5, 60). Superiori similis.

c. 52. (5, 61). Nullum militare debere. Veteranum expleta militia honorum munia sustinere.

---

p) C. Th. *facultatibus*. — *) Leg. *Montanistis*. *Eutychiano* est in inscr. c. 34. cit.

c. 53. (5, 62). Omnes Manichaeos vel schismaticos *cum* suis complicibus urbe esse expellendos. Exterminari eosque vel (?) eos maxime, qui papae communicare noluerint, intra vicesimum diem centesimo lapide civitatis sententiam suae dementiae perferant.

c. 54. (5, 63). Contra eos schismaticos scripta est: quicunque *eorum no*lunt poenitentiam pro erroris lapsu habere, debita ut severitate plectantur.

c. 55. (5, 64). Superioribus similis, ut de urbibus omnibus, ubi investigati fuerint pellantur.

c. 56. (5, 65). Speluncas, quas sibi haeretici faciunt, orthodoxis tradendas, sed si suas invaserant res, catholicis revocari et si sibi alios adiunxerint clericos, decem pondo auri feriendos et a patiente et a faciente; quodsi paupertas impediat eos, de symbola omnium cleri*corum* rationi debere inferri aerarii, modo constituens contra sectam Macedonianae Arriani sive Apollinarii, ut nusquam ecclesiam eis in aliqua civitate *habere liceat*. Novatiani, et Sabbatiani, Eunomiani, Montanistae, Valentiniani, Priscillianistae, Phryges, Marcianistae, Borboriani vel reliquos quos haec constitutio tenet compellendos, nec iuris Romae iactura beneficium habeant, qui sint Christianitatis beneficii extorres, quique venerationis adorandum cultum superstitiosius contemserint.

c. 57. (5, 66). Adversus Nestorianos. Ut Porphyriani a Porphyrio Arriani vocantur, ita Nestoriani Simoniani vocantur. Omnes libros ipsius repertos comburi monet; celebrationes conventiculaque fieri vetat ab omnibus locis *q*).

Tit. 8.

c. 2. Omnes populos Iudaeorum esse immunes, qui cum eis communicant (?), ut qui decuriones sunt ad nulla munera esse cogendos; qui autem nunquam fuerunt curiales, immunitatem sortiantur.

c. 3. Iudaeos ad curiam vocandos, solatio eis binos aut ternos exceptos ....

c. 4. Sacerdotes, patres synagogarum, custodes a functione corporali esse immunes.

c. 5. Christianum ex Iudaeis factum Iudaeos inquietare non liceat.

c. 6. Iudaei mulieres quas acceperunt de gynaeceis ibidem revocandas, prohibetque Iudaeum Christianae mulieri coniungi.

c. 7. Christianus, si Iudaeam pravitatem secutus fuerit, omnia ipsius fisco socianda sunt.

c. 8. Nolentibus Iudaeis nullum debere ex oppressione iudicum invitis primatibus suscipi, quos a se proiiciunt. Praecipit, ut nemo imponat pro delinquentibus Iudaeis petere neque per episcopum, neque per iudices neque per seditiosam collectionem *r*).

c. 9. Christianos per Orientem in synagogas Iudaeorum non excedere.

c. 10. Rectores cum Iudaeis caussam pro pretio ponendo non habere, sed Iudaeum cum Iudaeis.

c. 11. Episcopos Iudaeis molestiam non facere.

c. 12. Iudaeis licentiam tribuit, ut se vel suas synagogas ab inquietudine defensandas.

---

q) H. l. in Codice lacuna est. Vid. praef. — *r*) Haec non congruunt cum C. Th.

c. 13. Iudaeos venerationem exhibere tam episcopis quam omnibus clericis inferioris gradus.

c. 14. Iubet exactiones factas ab omnibus synagogis sacro inferri aerario, id est ab archisynagogis vel ab apostolis eorum, compescitque a synagogis eandem collationem fieri debere.

c. 15. Omnibus episcopis concessa a principibus privilegia custodiri.

c. 16. Samaritanos Iudaeos magistrianos *s*) esse non iubet.

c. 18. Iubet provinciae rectoribus, ne Iudaeis liceat in signum sa vatoris sua contagia facere.

c. 20. Synagogis vel privilegiis subdita custodiri etiam sabbati die immunitatem eis concedi.

c. 21. Innocentem non debere puniri, quemadmodum Iudaeum; nec passim aut synagogas vel conventicula eorum concremari Iudaeosque etiam quietos esse constituit.

c. 22. Contra Gamalielum quendam, qui iudiciariam auctoritatem acceperat, haec scripta est, qui magis honorem in iniuriam esse suorum natalium credidit, ut ibi habeatur quo ante honorem susceptum fuerat constitutus. Novas fieri synagogas prohibet, in solitudine factas imperfectas compleri, nec per Christianos iudicem esse; rectores provinciarum per Iudaeos et Christianos adiri debere, mancipia vero Christianae ecclesiae socianda.

c. 23. Iudaeos qui pro necessitate non devotione mentis vel religionis per subreptionem dispendia cupiunt evitare, propriae religioni reddantur.

c. 24. Iudaeos prohibet militare; ... contraria (?) factos milites iubet ret*ineri*, futuros fieri vetat; quodsi scholares discingendos advocatos fieri iubet curialesque fieri.

c. 25. Iudaeorum synagogas neque passim aut auferri aut incendi et pro synagogis eorum ereptis a christianis alia loca vicaria dari, donaria saltem, si necdum dedicata sunt, praecipit revocari, quod si dedicata sunt, pretium pro eis dari.

c. 26. Similis primae.

c. 27. Iudaeos novas facere synagogas non liceat veteribus re paratis aut ab ereptione salvatis.

c. 28. Samaritanorum, Iudaeorum liberi, si conversi et baptizati fuerint, eorum iis deferatur hereditas aut quas pro viribus portiones suscipere poterant ab intestato; libertatesque manere in eodem testamento datas, si servatus fuerit iure numerus definitus, quodsi aperte dinumerat gradibus superioribus inferiori (?), ut si documentis parentes eorum sibi ingestam iniuriam comprobaverint, Falcidiam eis debere concedi.

c. 29. Patres, quos Iudaei vel vulgo vocant, canonem a synagogis acceptum sacro aerario inferre debere in primo anno, in secundo *t*) a palatinis secundum ritum patriarcharum suorum.

Tit. 9.

c. 1. Mancipium christianum cuiuscunque sectae circumcisum a Iudaeo libertatem adipiscatur.

c. 2. Superiori similis; si Iudaeus Christianum comparaverit, mancipium fisco societur, si circumciderit, et damnum pretii sentiat poenaque plectatur; quod si catholica, omnia ab eo auferantur.

---

s) C. Th. *agentes in rebus.* — *t*) Aliter C. Th.

c. 3. Iudaeis licere christianum habere mancipium, salva tamen religione; haec superiori contraria.

c. 4. Superiori contraria servum christianum Iudaeum neque habere neque in dotem dare.

c. 5. Superiori similis.

Tit. 10.

c. 1. Haec inutilis est.

c. 2. Sacrificia daemonibus gentium fieri vetat.

c. 3. Templa paganorum extra muros custodiri debere.

c. 4. Haec iubet claudi templa omnium paganorum sacrificiis, productis vel repertis proscribantur capitibus amputatis.

c. 5. Contra Magnentium scripta est, paganorum auctorem, qui nocturna sacrificia celebrabat, ut tam (?) se abstineat.

c. 7. Superiori similis, sed hoc iubet, ut neque per diem neque per noctem sacrificium exhibeatur.

c. 8. Festo die aut spectaculorum propter statuarum artem ita debet a templi foribus introire unusquisque, ut nullus inquietare audeat.

c. 9. Haruspices prohibet.

c. 10. Iudices XV libras auri mulctandos, pariter vero officium eius, consulares sena pondo officiumque pariter, illi autem scientes, non pro *u*) .... ne . iudices non contestati sint, praesides quaternas similiter cum officio suo.

c. 11. Hic de iudicibus loquitur; qui tempore administrationis suae sacrificaverit, XV libras auri mulctandum.

c. 12. Haec generalis est prohibens omnem id*olorum* culturam; licere unumquemque publice accusare, ut si in agro *suo* fecerit, fisco so*cietur*, *si* in alieno *sacrificandi genus tentaverit*, XXV librarum *x*).

---

u) Secunda manus supra lin. add. *sciverint*. — *x*) Sequuntur nonnulla, quae tamen situ ita corrupta erant, ut partem antiquae scripturae assequi non potuerim.

